Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198966-p0001-9




1. Wernsdorff (: gottl:) diss. examinans libros Arndtianos de vero Christianismo, Wittemb. 1719.
2. Gleichi (: Joh. Andr:) trifolium Arndtianum, Jenæ 1607.
3. Wernsdorff (: gottl:) diss. de circumcisione Wittemb. 1711.
4. diss. de commercio Dei et hominum Wittemb. 1712.
5. diss. de Mystica theologia, Wittemb. 1719.
6. diss. de Antinomia recentiorum quorundam Wittemb. 1711.
7. diss. de communione fidelium cum Deo et inter se se. Wittemb. 1709
8. diss. de Osiandrismo in pietismo renato. Wittemb. 1717.
9. diss. de observatione mandatorum divinorum, contra Meladium, Wittembergæ 1721.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198966-p0002-5

10 Wernsdorff (Gottl.) diss. de efficacia Errorum, Wittemb. 1716.

11 —— diss. de juramento in formulam concordiae, Wittemb. 1721.

12 —— demonstratio quod juxta Calvini doctrinam Reformati nec sint, nec jure haberi possint Socii Augustanae Confessionis, Wittemb. 1722.

13 —— diss. de analogia fidei, Wittemb. 1712.

14 —— diss. de Methodo pontificiorum conciliandi pacem cum protestantibus per viam autoritatis, Wittemb. 1708. 1708

15 —— diss. utrum Magistratui Christiano satius sit, suos subditos Christianos reddere Hypocritas an securos et quietos, Wittemb. 1715.

16 —— diss. qua excutitur quaestio utrum forsan nonnulli pii ante diem extremum resurgant, Wittemb. 1711.

17 a Werthern (Joh. Fried.) diss. de libertate gloriosa filiorum Dei, Jenae 1727.

18 Wibel (Georg. Fried.) diss. de Juvenis Laborum, Jenae 1738.

19 Wichmannshausen (Joh. Christoph.) diss. Messia vaticinia vindicans Micham a strophis Wittemb. nantem a Judaeorum 1712.

20 —— diss. de tabulis foederis primis, Wittemb. 1709.

21 Michaelis (Joh. Fried.) diss. de tabulis foederis posterioribus, Wittenb. 1719

22. Wichmannshausen (Joh. Frid.) diss. de Assore metallifossore Wittenb. 1722.

23. Wilisch (Chri. Frid.) diss. sistens abominabile pontificiorum dogma de imperfecta satisfactione Jesu Christi, Lipsiae 1724.

24. Winckler (Joh. petri Sigm.) diss. de vaticinio Esajae XIIX. Jenae 1728

25. Wolleny (Franc.) diss. de Catalogo Civium Zionis Wittenb. 1731

26 — diss. II in proverb. XXII v. 20, Wittenb. 1728

27 — de Amarth indeys pendente sensu psalmi XVI v. 2. 3. 4. Wittenb. 1729

28 — Mordechaeus illustratus. Wittenb. 1729

29 — diss. de Ezechia cum Ahas vero conjugio Wittenb. 1729.

30 — diss. de turri fortissima Wittenb. 1730.

31 Wolff (Aug.) diss. invisibilia Dei exponens, Lipsiae 1729

32 Academiae Hallensis programma in annum sacra natalium Christi, Halae 1741

W 8. 9

Q. D. B. V.

# OSIANDRISMUM IN PIETISMO RENATUM

*PRAESIDE*

GOTTLIEB WERNSDORFIO
S. S. THEOL. DOCT. ET PROF. PUBL.
AEDIS OO. SS. PRAEPOS. ET SENATUS ECCL.
ASSESSORE

PUBLICA DISPUTATIONE
SEXTUM NUNC EDITA ET VEL DIMIDIA SUI
PARTE AUCTA

*AD D. VIII. JANUAR. CIƆ IƆCC XVII.*

E CATHEDRA DIVI LUTHERI
ITERUM EXCUSSIT
M. FRIDERICUS Boltz
REGIOMONTE BORUSSUS.

---

*VVITTENBERGAE*
LITERIS VIDUAE GERDESIAE. A. 1729.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198966-p0005-2

Doctrinam de Juſtificatione hominis peccatoris coram DEO, quam, humanis involutam tenebris, protraxit in lucem primus, &, quoad ſuperſtes fuit, fortiter aſſeruit Lutherus; hanc ejus ab exceſſu & multi, & auctoritate praeſtantes, Viri corrumpere denuo, & obſcurare, conati ſunt. Alii operum in momento Juſtificationis præſentiam cum Philippicis: alii eorundem ad ſalutem neceſſitatem, cum Majorianis: alii fidei & operum in eodem conjunctionem, cum Interimiſtis: alii denique formulæ, quod ſola nos fides juſtificet, ex Eccleſia proſcriptionem, cum Lauterwaldio, urſerunt. Imprimis vero capitalem illam, ſolatiique plenam, doctrinam labefactare, ex animisque hominum evellere, ſtuduit ANDREAS OSIANDER, Alberto Seniori, Pruſſiae Duci t. t. a concionibus primariis, & publicus literarum Sacrarum Regiomonti Doctor. Hic enim, ſtatim ab obitu divi Lutheri, de Juſtificatione hominis peccatoris coram Deo, ſic diſputare cœpit, ut, cum videri vellet a Pontificiorum ſe opinione longius removere, reapſe propius ad eandem accederet. Hoc uno enim, ut recte monet alicubi PHILIPPUS, a ſe invicem differebant, quod Oſiander cauſam, Pontificii effectum, urgebant. Quapropter illius error, quippe inſignis, periculique plenus, t. t. magno Eccleſiae conſenſu, & publicis, privatisque, ſcriptis rejectus eſt. Nunc autem, quod eſt dolendum, recoquitur ille, ſtudioſeque pingitur, & ceu veritas, provehendæ pietati cumprimis idonea, propugnatur. Dignum proinde nobis viſum eſt argumentum, in quo excutiendo ſemel, iterumque, nonnihil operae collocaremus, hoc magis, quod

*quod famoſus ille Hiſtoricaſter*, ARNOLDUS, *ſub mendaciſſimo hiſtoriæ*, procul ſtudio partium ſcribendae, *praetextu hoc etiam in argumento incautis impoſuit, & in ſua* de hæreſibus, & hæreticis, fabula, *plane alium nobis repraeſentavit, ac exhibuit*, OSIANDRUM, *quam quidem revera eum fuiſſe in Hiſtoria invenimus. Diſpeſcemus vero rem omnem in* DUO *capita, quorum alterum de* OSIANDRISMO, *alterum de* OSIANDRISMI PIETISTICO PARALLELISMO, *exponet. Faxit Deus feliciter!*

# CAP. I.
# DE OSIANDRISMO.

## *SUMMAE CAPITIS.*

§. I. Oſiander non Bauarus fuit, ſed Francus. Quo anno natus, quem patrem, quod patrium nomen, habuerit. Schlüſſelburgii de illo teſtimonium. Arnoldi mala fides in reddendo Schlüſſelburgii loco. §. II. Oſiander non fuit ἀυτοδίδακτος. §. III. Non didicit Vittembergae. Ingloſtadio evocatus Norimbergae docuit cum laude. §. IV. Ulenbergii, Maimburgii, Menii, & Mansfeldenſium, de illius meritis teſtimonia. §. V. Principibus operam ſuam probauit. Alberto, Pruſſiae Duci, mutandae religionis auctor fuit. Quibusdam interfuit Colloquiis. Conſultus eſt de quaeſtionibus arduis. §. VI. Laudatur ejus conſtantia. Abit in Pruſſiam. Præfertur Collegis. §. VII. Philippi de vita illius interiore teſtimonium affertur, & contra M. Arnoldum defenditur. Bibacitas ejus. §. VIII. Ruſticitate morum, & animi elatione proceres Norimb. offendit. §. IX. Calvini de eo judicium. Scurrilis illius dicacitas. Partium in Arnoldo ſtudium. §. X. Importunitas animi, & ferocia in Oſiandro. §. XI. Nec non ἀυθάδεια & ambitio. Lutheri de eo judicium. Surius, Papiſta, refellitur. Factum ejus ambitioſum ac impudens Marpurgi. Melch. Adami notatur. Superba vox Oſiandri. Melanchthonis, & Galli, de eodem judicium. Jam Norimbergae monſtroſas opiniones genuit. Langii, & Regii, de eodem Prognoſticon. §. XII. Prodigium in ſuccino, tempore Oſiandri. §. XIII. Negat, fidem eſſe partem pœnitentiae. §. XIV. Impugnatur a Collegis. Excuſatur a Melanchthone. Adverſarii ejus pelluntur. §. XV. Singularis illius de imagine Dei opinio. Chriſtum in carnem venturum fuiſſe, docet, etiamſi homo non peccaſſet. §. XVI. Negat imputan-

do juſtificari hominem. Theſes illius quando ſcriptae. Hiatus Arnoldianae haereſiologiae. §. XVII. Summa theſium Oſiandri de juſtificatione. Statuit, hominem non extrinſece, ſed intrinſece, non per imputationem, ſed per infuſionem, juſtificari. §. XVIII. Lubricitas & ambiguitas Oſiandri. Parum abfuit, quin falleret Morlinum. Brentius, & Jac. Andreae, initio pro λογομαχία habuerunt. §. XIX. Capita errorum Oſiandri. Voluit Enthuſiaſticum juſtificandi modum invehere. Revera docuit novitate vitae, vel ex operibus, nos juſtificari. §. XX. Certamen cum Oſiandro non fuit λογομαχία. Philippi de eodem judicium affertur, & contra Arnoldum defenditur. §. XXI. Luc. Oſiander refellitur. Fechtius laudatur. Morlinus ſententiam corrigit. §. XXII. Socii errorum in Pruſſia, & Germania. Flacium quoque in partes ſuas pertrahere ſtuduit, ſed fruſtra. §. XXIII. Adverſarii ejus. Primus eum in Germania confutavit Menius. Oſiandriſmus magno Eccleſiæ conſenſu proſcriptus. §. XXIV. Cauſae erroris φιλαυτία, & ſtudium Theol. Myſticae. §. XXV. Praetexit errori ſtudium pietatis. Norimbergae noluit generalem abſolutionem praelegere e ſuggeſtu. Ejus, & ſociorum, in Lutherum, ejusque doctrinam, calumniae. Morlini ad easdem reſponſio. §. XXVI. Ingenium Oſiandri novaturiens, & minæ in Morlinum. §. XXVII. Studuit Theol. Myſticae, quia amavit (1.) Cabbalam. Oſiandri conjecturae ultimi temporis. Credidit, diem ſupremum venturum eſſe anno 1656. Torſit locum Marc. XIII, 32. Urſit quoque vaticinium Eliae Levitae. §. XXVIII. (2.) Tres hominis partes ſtatuit. §. XXIX. (3.) Platonem, & Pythagoram in deliciis habuit, §. XXX. (4.) Imaginem Dei credidit aliquid eſſe ſubſtantiale in homine. §. XXXI. (5.) Fidei exiguam habuit rationem. §. XXXII. (6.) Simplicitatem odit, & ſublimes ſpeculationes amavit. §. XXXIII. (7.) In ſcribendo tumidus fuit, & grandiloquus. §. XXXIV. (8.) Myſticorum lectione delectatus eſt. Arnoldus eum pro Enthuſiaſta fuiſſe habitum fatetur. §. XXXV. (9.) Taulerum laudauit. A fanaticis tanquam ſocius in doctrina, adducitur. §. XXXVI. (10.) Deificationem aliquam ſtatuit. §. XXXVII. Ex his fanaticiſmus manavit. Luthero Theologiam Philoſophicam tribuit & ſtrigoſam. §. XXXVIII. Syſtemata & Compendia Theologica improbavit. §. XXXIX. Symbola hinc vetera, hinc recentiora rejecit. Voluit loco Catechiſmi Lutheri ſuum ipſius in Pruſſicas Eccleſias introducere. §. XL. Improbavit etiam juramentum religionis. Quas ob cauſas hoc exigi & praeſtari ſoleat. §. XLI. Ejus de verbo Dei ſententia. Carpitur a Theologis. Arnoldus notatur. §. XLII. Translationem Bibliorum Lutheri reprehendit. C. Aquiliae ad Lincum de hoc argumento Epiſtola. §. XLIII. Accuſatur negatae Trinitatis. Abſolvitur. §. XLIV. Error ejus de incarnatione filii Dei. §. XLV. Blaſphemiae illius in Chriſti ſatisfactionem, & imputatam juſtitiam. § XLVI. Statuit poſſibilitatem perfectionis in hac vita. §. XLVII. Error ejus de unione myſtica. Locus Oſiandriſtae notabilis. §. XLVIII. Periculoſa ejus de Magiſtratu opinio. §. XLIX. Viſus eſt exorci-

ſmum rejicere. §. L. Spem quoque aluit temporum meliorum. §. LI. Gradus Academicos improbavit. Contumeliae in Doctores. §. LII. Effrenis illius maledicentia. Arnoldus eam excuſare ſtuduit fruſtra. §. LIII. Odium illius in adverſarios, & cupiditas nocendi. §. LIV. Maxime in Vittembergenſes. M. Fröſchelii memorabile ſomnium, cum criſi Melanchthonis, & querelis de Oſiandro. Qua de cauſa odio habuerit Vittembergenſes.

## §. I.

Andreas Osiander, utut Ingloſtadio venerit Norimbergam, non tamen *Bavarus* fuit ortu, quod Hartknochio *in Hiſt. Eccl. Pruten. L. II. c. II. n. 2. p. 313.* & Regenvolscio *L. III. Hiſt. Eccl. Sclav. p. 348.* perſvaſum fuit, ſed *Francus.* Natus enim eſt Gunzenhuſii, quod oppidum ſex milliaribus Norimberga diſtat, & in ditione Marchionum Onoldino-Brandenburgicorum eſt ſitum. Ulenbergius, Sacerdos Colonienſis, *in Vita ejus* ſuperiore ſeculo ſcripta, *p. 535.* eundem anno ſeculi XV. ſexto & nonageſimo, die 14. Decembris, natum docet. At filius ejus, L. Osiander, *Cent. XV. L. IV. c. 4.* annum ei natalem octavum & nonageſimum illius ſeculi aſſignat. Patrem habuit fabrum ferrarium, cognomine *Hoſmann*, quod cum filio, literis humanioribus expolito, ad palatum non eſſet, pro *Hoſemanno* ſeſe *Oſiandrum* voluit nominari. Ulenbergius inde anſam ſumit, inſectandi Oſiandrum, quod *facie usque adeo nigra fuerit, ut fabri ferrarii filius facile agnoſceretur.* At hæc procul dubio a Conr. Schlusselburgio petiit, qui in *Catal. hæret. T. VI.* de *Oſiandriſtis p. 42.* ſcribit: *Eum fuiſſe hominem torvo vultu, & adeo horrenda nigredine in facie tinctum, ut multi putarint, & affirmarint, eum fuiſſe Judæum baptiſatum.* Quem locum, cum recitare vellet Arnoldus, vernaculo ſermone ſic reddidit: *Es wäre ein Kerl geweſen, von einem mürriſchen Geſichte, und ſo ſchrecklich ſchwartz, daß ihn viele vor ei-*

*nen Africaner, oder getaufften Juden, angeſehen.* Addit: *Weil man in der Lehre nicht wohl mit ihm zu recht kommen konte, ſo fiel man auff die Perſon, und beſchrieb dieſelbe - - recht häßlich, und grauerlich.* Vid. *Hæreſiol. P. II. L. XVI. c. XXIV. §. 17. f. 346.* Sed enim vero, ſi utriusque verba inter ſe comparentur, primo quidem Schlüſſelburgii *latina* multo quid ſonant mitius, quam Arnoldi *germanica.* Deinceps pro *Africano* eum fuiſſe habitum, nullibi Schlusſelburgius ſcripſit, Arnoldus igitur affingit. Quod denique Noſtros, cum Oſiandri *doctrinam* refellere non poſſent, *perſonam* illius invaſiſſe, clamat, calumnia eſt, quam omnis temporum illorum hiſtoria confutat.

§. II. Abr. Bucholzerus, cujus alioqui auctoritati plurimum tribuo, *in Ind. Chronol.* ad Annum 1550. p. 567. nec non Joach. Camerarius *de Eccl. fratr. Bohem. & Morav. p. 133.* eundem αὐτοδίδακτον nominant. Quod ſi quis ita interpretari velit, eum nullius vel *ſcholae* alumnum, vel *Academiæ* civem, fuiſſe, is erraverit oppido, cum filius ex ipſo natus, & qui talia ignorare non potuit, eum *Lipſiæ*, & *Altenburgi*, literis operam dediſſe, & mendicando victum quæſiviſſe, poſtea vero *Ingloſtadium* abiiſſe, ibique multos nobiles diſcipulos habuiſſe, ſcribat, in *Epit. H. E. Cent. XVI. L. III. c. I. p. 557.*

§. III. Melch. Adami eundem *Wittembergæ inprimis in diſcenda Theologia operæ pretium feciſſe ſcribit*, cujus auctoritatem, ut apparet, Caspar Ulenbergius c. l. ſecutus eſt, nec non Albert. Meno Verpoortenius, Sacrorum in oppido Neoſtad. ad ericas Antiſtes, *in Vita Linci, epiſtolis* ejus præmiſſa, qui Oſiandrum Lutheri diſcipulum honorifice ſalutat. Vereor autem, ut hoc idoneo, vel auctore, vel indicio, poſſit probari, cum nullum ejus veſtigium in ſcriptis Andreae, & adverſariorum, aliorumque, ac ne Filii

quidem

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198966-p0011-5

quidem, LUCAE OSIANDRI, appareat. Quin potius ſtudioſos juvenes e Wittenbergenſi Academia prodeuntes, non ſemel exagitavit, minime id facturus, ſi aliquando ipſe in illorum fuiſſet numero. Imo vero, Album juvenum ſtudioſorum, inde a condita Academia, usque ad annum ſeculi viceſimum ſecundum, quo eum jamjam Norimbergae vixiſſe conſtat, diligenter, ac ſollicite, conſului, ac inſpexi; hujus tamen Andreæ nomen in eodem non deprehendi. Id vero certum eſt, Ingloſtadio eum Norimbergam veniſſe, ibidemque in Auguſtiniano Cœnobio Ebraeas literas, quarum luculenta cognitione imbutus fuit, non ſine celebritate aliqua, docuiſſe, gratus initio Proceribus reipublicae, imprimisque BILIBALDO BIRCKHEIMERO, Viro ſummo, & artium bonarum amanti. Nec ita multo poſt, anno ſeculi XXII. ob ſingularem, qua valebat, facundiam ad ædem divi Laurentii Eccleſiaſtes creatus eſt, adiitque ad munus ipſo die Dominico, qui in faſtis Sexageſimae dici ſolet. *Poſtea inter eum & ſocios, itemque Pontificios, in monaſteriis reliquos, colloquium de doctrina coram Senatu inſtitutum eſt, cujus hic fuit exitus, ut conciones, & ceremoniae monaſteriorum deinceps intermitterentur, & omnes Sacerdotes, ac monachi cives fieri, & opera civium, inſtar ceterorum, ſubire cogerentur*, ut CHYTRAEUS refert *in Sax. L. XI. f. 325.* Conf. ABR. SCULTETUS *in Annal.* ad annum ſeculi illius *XXV. p. 301.*

§. IV. Magna igitur, quod eſt fatendum, illius opera fuit in repurgandis Noricorum ſacris a ſordibus Pontificiis. Et omnino Vir fuit, ipſorum quoque adverſariorum judicio, eruditus, multaque virtute conſpicuus. ULENBERGIUS, utut religione Papiſta, eundem ingenio valentem, & in ſtudiis aſſiduum, ea incrementa cepiſſe ſcribit, ut inter viros doctos ſui temporis non infimus haberetur. MAIMBURGIUS *famoſiſſimum Lutheranorum Prædicatorem*, nomi-

nat in *Hiſtoria Lutheraniſmi Libro II. Section. XVII. n. 1.* Justus Menius, Antiſtes Gothanus, qui primus, inter exteros, in eum calamum ſtrinxit, *in praefat. libelli*, quem eidem oppoſuit, teſtatur de eodem; *quod omnis generis linguis, & artibus, inſtructus, ac per orbem celebris* fuerit. Innotuit quoque Archi-Epiſcopo Cantuarienſi in Anglia, cujus familiaris Wittemberga Norimbergam *ad viſendum Oſiandrum* excurrit. *Vid.* Saubertus *in Epiſt. Philippi p. 8.* Filius ipſe, Lucas, eundem *Latine, Graece, Ebraice, Chaldaice doctiſſimum* nominat *Cent. XV. L. IV. c. 4. p. 493.* Confessio *Mansfeldenſis*, grave ſcriptum, p. 25. *Andr. Oſiander*, inquit, *citra omnem controverſiam vir eruditiſſimus fuit, & non tantum in una vel altera ſcientia, ſed in omni genere doctrinae exercitatiſſimus; adeo, ut & fere in univerſum de omnibus rebus prudenter loqui, & judicare potuerit. Deinde in lingvarum cognitione excelluit, & eloquentiae donum habuit mirificum, & ſingulare.* Idem de eodem teſtatur D. Joach. Morlinus *in hiſtorica narratione de controverſia cum Oſiandro.*

§. V. Docuit ergo Norimbergae ſat multos annos, idque nec ſine laude, nec ſine fructu. Namque & Albertum ſeniorem, Marchionem Brandenburgicum, tum temporis Summum Ordinis Teutonici per Boruſſiam Magiſtrum, quum anno Sec. XXII. Comitiis, Norimbergae habitis, intereſſet, ſua quidem facundia ſic cepit, ut tantum non praecipuus ei mutandae religionis, & abjiciendae ſuperſtitionis Papiſticae, auctor fuiſſe videatur. Vid. Chytraeus *in Saxonia l. c.* Nec id diſſimulavit Princeps, qui Eundem, in Pruſſiam evocatum, magno in honore habuit, & *Patris in fide* nomine ſubinde cohoneſtavit. Adhibitus quoque fuit colloquiis, conventibusque Doctorum, *Marpurgi* anno ſeculi XXIX. & anno ſequenti, *Auguſtae* in Comitiis, *Francofur-*

*coſurthi* anno XXXIX, *Wormatiae* Anno XLI. & alibi. Nec ſemel a Principibus illius, de Conciliis adeundis, & rebus Eccleſiae conſtituendis, eſt requiſita ſententia. Vid. SECKENDORFIVS *in Hiſt. Luth. L. III. §. 17. f. 44. b.* Uſus quoque illius fuit opera Otto Henricus, poſtea Princeps Elector, quum in Palatinatu Neoburgico, quem tum ſolum tenebat, ſacra repurgari vellet. *ib. Lib. III. §. XCVII. n. 3. f. 396.* Memini etiam ex *epiſtolis Philippi*, conſultum eum fuiſſe ſuper loco quodam Levitico ſubobſcuro, tum temporis, quum noſtri rogarentur ſententiam de Regis Angliae Henrici VIII. cum fratris vidua, matrimonio. Qua de cauſa cum literas, non ſolum eruditionis, ſed etiam amoris, pleniſſimas ad Philippum ſcripſiſſet; hic quidem in ſuis ad Vitum Theodoricum de Oſiandro: *Tu*, inquit, *optimus es teſtis, me ſemper præclare de eo ſenſiſſe. Et amo profecto ingenium in eo excellens, doctrinam, & virtutem.* Vid. *Epiſt.* SAUBERTI *p. 9.* Et cum Wormatiae ventum eſſet ad controverſiam de auctoritate Epiſcoporum, & legibus, quae in Eccleſia humana auctoritate ſunt conditae, Oſiander locum *Act. XV, 19. 20.* e Judaeorum monumentis, & ritibus, ſic illuſtravit, ut hoc nomine Philippus non minores eidem haberet gratias, quam ſi magno quodam munere ab eodem donatus fuiſſet. Vid. *T. I. Epiſt. a Peucero* edit. *p. 181.* & *T. IV. Epiſt.* quem edidit JO. SAUBERTUS *a. 1640. n. III. & IV. p. 6. & 8.* nec non *T. V. Epiſt. Mel. p. 8.* Denique *quoad Lutherus vixit*, & ipſe Norimbergae fuit, *viſus eſt illius ſententiam per omnia ſequi*, ut SLEIDANVS tradit *in comm. de ſtatu rel. L. XX. p. 583. & XXII. p. 647.*

§. VI. Praecipue vero illius eſt collaudanda conſtantia, quod, orto ſuper religione certamine, propoſitaque Sphinge Auguſtana, ut Melanchthoni nominatur, maluit in exilium proficiſci, quam adverſariorum ſententias, conſi-

liaque probare. Invitatus ergo ab Alberto, Pruſſiae Duce, migravit eo, & hinc concionari in Aula, hinc ſacras literas profiteri in Academia, juſſus eſt. Et, ut Princeps ſingulari eum complectebatur gratia; ſic eum non modo in Academia docere, ſed & Collegas ſuos, utut Doctorum titulis ornatos, cum Oſiander ipſe nullo inſignis eſſet, antecedere voluit. Quod ipſum, etſi Collegarum, Hegemonis, Isinderi, Veneti, Staphyli, animos ſuboffendit, princeps tamen, & unica, enati deinceps certaminis, cauſa non fuit, quod Arnoldo, & fanaticis, eſt perſvaſum.

§. VII. Multum enim illius & famae, & meritis, detrahebant *mores*, qui ne quidem illius perſona digni erant, nedum elegantes, & commodi. Nihil nunc dicam de vita illius interiore, quam praepoſtere egit, cum ſuo nec tempore, nec loco, quicquam faceret. Notavit eam Melanchthon in *Enarrat. Evang. P. IV. p. 206.* his verbis: *Oſiander ſolebat incumbere ſtudiis circa horam nonam noctis, & continuabat ea ad primam, vel ſecundam usque. Saepe eum conveni, cum eſſemus Auguſtae in conventu. Mane ſurgebat, quando erat cibus appoſitus ad menſam, deſcendebat de ſcalis, & geſtabat caligas repoſitas in brachiis. Solebam dicere: Domine Andrea, ihr hättet die Suppen ſchier verſchlaffen; reſpondebat: ich weiß die Zeit wohl zu treffen: & hilariter prandebat, ac bibebat: ut Melancholici ſunt voraces. Poſtea ibat deambulatum unam, vel alteram horam; tertia, vel quarta hora legebat, vel ſcribebat aliquid; poſtea coenabat, & circa horam noctis nonam denuo ad ſtudia redibat. Factus eſt tandem hydropicus, id tribuo illi conſvetudini.* Haec c. l. Philippus, quae tanquam parum opportune dicta, nec pro concione facile afferenda, (*als abgeſchmackte, Unevangeliſche, und in keiner Predigt zuläßige Dinge:*) exagitat, improbatque, ſua in Rapſodia, Arnoldus *P. II.*

 *L. XVI.*

*L. XVI. c. XXVI. §. 17. f. 364.* Quaſi vero non liceat pro concione illa commemorare, quae aliis poſſint eſſe exemplo, aut commonefacere homines, ut ex aliis diſcant, ſibi quod ex uſu fiet. Nec enim alio iſta conſilio retulit Melanchthon, quod ipſa verba docent, quam ut iſta commemoratione a vita inordinata, & praepoſtera, juvenes avocaret. Adhaec ex *Relatione hiſtor. de Jo. Friderico El. Luthero, & Philippo*, quam ARNOLDVS ipſe *Parti IV. ſuae Haereſiol. Sect. 2. f. 82. ſeq.* inſeruit, tantum conſtat, quod Philippus t. t. non juſtas, vel ſolennes, ad populum habuerit conciones, ſed *domi ſuae*, in gratiam exterorum, diebus Dominicis, enarrarit *librum* quendam *Sacrum*, vel explicuerit *Catecheſin*, & *Locos Theologicos*, in quibus, num dedeceat poriſmata declarare exemplis, cuivis ſanae mentis homini judicandum relinquo. Inverſus autem ille Vergilius, *Arnoldus*, quid, quaeſo, tanto in Volumine praeſtitit, quam quod ex auro ſtercora, & e tanta rerum in Eccleſia geſtarum multitudine, atque copia, viliſſimum quodque, ac indigniſſimum collegit, Matriſque adeo ſuae non *faciem*, quod fieri debebat, ſed *pudenda* inſpexit? Num piorum hominum naevos, maculasque, notare, ac perſtringere, fanaticis licet, nobis fanaticorum mores, & vitia obſervare, aliosque de iis evitandis commonere, quod Philippus fecit, non licet? Agnoſcebat nimirum erroris ſui ſocium Arnoldus: grave igitur, moleſtumque erat, tanti eum viri auctoritate ac teſtimonio premi. Sed nolumus illa, quae pro ſe loquuntur, ſtudioſius excuſare. Quin potius notamus ea, quae eodem in loco de Oſiandri bibacitate ſequuntur: *Quando*, ait, *venit in Pruſſiam, voluit etiam certare cum aulicis bibendo, ſicut poterat largiter bibere, erat enim robuſtus Vir.* Patet igitur, eundem, cum vita inordinata, potandi quoque libidinem conjunxiſſe, &, quos retrahere ab iſto vitio debebat, ſuo in

eodem

eodem confirmaſſe exemplo, denique non in excolendis virtutibus, ſed perpetrandis vitiis, de palma cum aliis contendiſſe.

§. VIII. Quin & cum etiamnum Norimbergae doceret, ruſticitate morum, & praefracta animi elatione, plerorumque Procerum animos ab ſe alienavit, quorum juſta, ut videtur, indignatio eo usque proceſſit, ut quandam minari procellam videretur. Itaque MELANCHTHON ad *D. Hieronymum* pro eodem ſcripſit, ac *Vitum* quoque *Theodoricum* oravit, ut ſtuderet placare illos, qui ei viderentur ſubiraſci. Vid. CAMERAR. *in vita Melancht. p. m. 297. &* MELANCHTHON *ipſe T. IV. Epiſt. edit. Saub. n. LII. p. 98.* Conf. ULENBERGIUS *l. c. p. 537.*

§. IX. Huc pertinet impotentia lingvae, & ſcurrilis plane dicacitas, quam, praeter alios, CALVINUS *in Epiſtolis* notavit. Sic enim ad Melanchthonem ſcribit: *Nuper mihi oſtendit Nurembergenſis mercator, hac iter faciens, apologiam quandam Oſiandri, cujus me vehementer ejus nomine puduit. Quorſum enim attinet - - ac ne ſancto quidem Dei ſervo, Oecolampadio, parcere? Quem utinam dimidia ex parte referret, mihi certe longe majori eſſet in pretio. In ipſo & moderationem, & prudentiam, vel ſanitatem potius, deſidero.* Vid. inter Epiſt. ejus, quæ extat n. *LX. p. 130.* Et in Ep. *CXLI.* p. m. 245. *Expertus*, inquit, *pridem es, Oſiandrum ex eo eſſe ferarum genere, quae nunquam cicurantur: Et Ego ſemper inter noſtra dedecora eum numeravi. Quo certe die mihi primum viſus eſt, profanum hominis ingenium, & foedos mores ſum deteſtatus. Quoties ſvave ac generoſum vinum laudare vellet, has in ore habebat voces: Ego ſum, qui ſum. Item, hic eſt filius Dei vivi. Quae manifeſta Dei ludibria proderent. Quo magis ſaepe miratus ſum, veſtra omnium indulgentia talem belluam foveri &c.* Haec de

 Oſian-

Oſiandro CALVINUS, quae certe animum arguunt profanum, & ipſo Dei verbo ſuum ad ludibrium abutentem. ARNOLDUS tamen l. c. ut peſſimi cujusque patrocinium cupidiſſime ſuſcipit, ſic aegre fert, erroris ſui ſocium illo teſtimonio premi, CALVINUMque carpit, quod tantum virum *belluam* appellarit. Nec tamen auſus eſt totum CALVINI locum adſcribere, quod ad palatum non erat, etſi cauſam iſtius *tituli* continebat, eundemque integrum afferri Lectoris cumprimis intererat. Quo ipſo, qua fide hiſtoriam ſuam compilaverit, prodidit. Si quis enim alius *profanas* illas emiſiſſet *voces*, Deum immortalem! quot quantosque ARNOLDUS fuerat ſublaturus clamores! Hoc non afferendum ſemel, ſed iterum, iterumque, repetendum fuiſſet, quo teſtatior malitiae Orthodoxi memoria extaret. At, ubi Vir protulit, ipſius ARNOLDI judicio, Enthuſiaſta & Myſticus, diſſimulanda erant omnino, ne in hujusmodi Virum haec talia cadere poſſe viderentur; reprehendendi vero auctores, quod de iisdem pro *conſcientia*, non *Arnoldi*, & fanaticorum *deſiderio*, judicaſſent.

§. X. Nec tamen idcirco de veritate teſtimonii dubitamus, quod in Amici, & ejus quidem conſcii, ſinum candide effuſum, omni partium ſtudio, aut corruptelae ſuſpicione, vacat. Acceſſit natura, ut PHILIPPUS nominat, ἀντιλογική, ſeu *importunitas animi*, & monentibus, vel ſaniora ſvadentibus, cedere neſcia *ferocia*. Qua ipſa non modo *Procerum*, quod ſupra innuimus, ſed *Collegarum* quoque animos a ſe abalienavit, rixisque, ac diſſidiis, anſam dedit. Quam tamen ut praecideret MELANCHTHON A. XXXVIII. ad V. Dietericum ſcripſit: *Non Ego cum tuo Collega* (Oſiandrum notat) *rixandum mihi puto, qui, ut ille apud Vergilium*, multa videt ſimulacra modis volitantia miris. *Qua in re non habet ſuas quasdam opiniones? Bonas interdum*

*dum, fateor, ſed ſaepe decipitur* ἡ φιλαυτία, ἡ φιλονεικια, vid. *T. V. Epiſt. Phil. p. 58.* E quibus etſi quam pacis fuerit ſtudioſus Melanchthon facile patet, huic ipſi tamen in Conventu Vormatienſi A. XLI. eo usque moleſtus fuit, ut *Eraſmus Ebnerus*, Legatus Norimbergenſis Reip. ejusque comites, ſcriptis ad Senatum literis, Oſiandrum e Colloquio illo domum revocari curarint. Vid. *Herm. Sturmianus c. l. Oſiandrum ed. Anno 1579. ſub init.*

§. XI. Maxime vero omnium in eo improbamus αὐθάδειαν, altosque ſpiritus, & illam, omnium prope haereſium cauſam, *ambitionem.* Quod utrumque in eodem omnes fere illorum temporum ſcriptores notant. Erat utique, ipſius Philippi judicio, in eodem *excellens ingenium, doctrina, & virtus:* ſed his nimium placebat ſibi, ita, ut alios omnes prae ſe contemneret, ac, velut umbras, deſpiceret. Quum aliquando librum *de poteſtate Magiſtratus* ederet, depraedicabat initio ſuam ipſius ſapientiam, alios autem vituperabat, inquiens, *ſe, legentem aliorum ſcripta de politico ordine, & Magiſtratibus, vidiſſe, eos nihil intelligere: Sed ſe myſteria haec patefacturum eſſe.* Vid. Melanchthon *in Orat. adv. Calumn. Oſiandri.* Quam ſuperbe Philippum in Vangionibus tractarit, modo diximus. Lutherus *faſtuoſum in eo Spiritum* jam Marpurgi in colloquio, Anno 1529. habito, ſe improbare teſtatus fuit, ut *Exegeſis illius Colloquii p. m. 433.* refert. Schlusselburgius, ex eoque C. Ulenbergius, auctor eſt, Lutherum, cum Oſiandrum Marpurgi concionantem audiviſſet, ad Melanchthonem dixiſſe: *Oſiander habet ſuperbum Spiritum. Ille in Eccleſia DEI poſt mortem meam dabit magnas turbas. Haec alta mente reponas; Tu enim videbis.* Smalcaldiae cum Lutherus Joannis dictum: *Omnis Spiritus, qui confitetur, JEſum CHriſtum in carnem veniſſe,*

*veniſſe, ex DEO eſt*, pro concione tractaſſet, poſtero die Oſiander, ut teſtis fide dignus, M. SEB. FROESCHEL hac in urbe *ad aedem D. Virg. Archi-Diaconus*, & Miniſtrorum E. Senior, *in L. vom Prieſterthum der Kirchen, p. 13.* narrat, idem oraculum in præcipuorum Germaniæ Theologorum, imo Principum, frequentiſſimo conventu, explicandum ſibi ſumpſit, & peſſime torſit. SURIUS equidem *in Comm. rerum ſec. XVI. ad A. 1537.* ſcribit: *jam tum temporis inter Lutherum, & Oſiandrum, de fundamento juſtificationis non conveniſſe. Lutherum enim illud poſuiſſe in relatione, quae ſit minimum entitatis, & nihilum; Oſiandrum in ipſa eſſentia divina, quae ſit omnia: Illum, quod homo non revera, ſed imputative; hunc, quod realiſſime juſtificetur, docuiſſe.* At enim tam clare errorem ſuum tum nondum OSIANDER aperuit, nec in tanti etiam momenti doctrina tuliſſet LUTHERUS. Subſcripſit potius articulis tum a LUTHERO ſcriptis, in quorum parte II. doctrina de juſtificatione recte proponitur. Inſtituti ergo ſui OSIANDER hanc rationem pro concione dedit: *pridie illa de ſententia non ſatis dictum eſſe*, (dixerat autem LUTHERUS:) *ſe ergo illam repetere, & nervoſius explicare velle*, ut ex Chytraeo MELCH. ADAMI *in Vita ejus* commemorat. Quam ſuperbam vocem magna merito indignatio eſt ſecuta, ita ut N. AMBSDORFIUS, ad Lutherum, & Philippum, converſus diceret: *Das muß ja ein unverſchämter Menſch ſeyn, der das darf ſagen.* Vid. FROESCHELIUS *l. c.* MELCH. ADAMI hoc ipſum *Bucero*, non *Ambsdorfio*, tribuit. l. c. Sed major apud me eſt FROESCHELII, quam ADAMI, auctoritas. *Hunc* enim non ſemel in erroribus deprehendi: FROESCHELIUS autem non modo iſtorum temporum, ſed & Luthero, ac Melanchthoni, a confeſſionibus, fuit, adeoque iſta procul dubio ex utriusque ore narravit, ac retulit. OSIANDER vero cum proficiſceretur in Pruſſi-

am,

am Vratiſlaviae apud Moibanum, Amicum veterem, jactavit: *Leonem mortuum eſſe: Vulpes a ſeſe floccipendi.* Quod ipſum, poſt alios, ADAMI, & FROESCHELIUS *ll. cc.* referunt. Poſterior hic addit, *tum temporis* reſpondiſſe quendam e noſtris: *Will Oſiander daran, ſo mag er ſich fürſehen, daß er ſeine Teſtes vor den Füchſen vertheidige,* l. c. p. 13. Regiomonti cum doceret: *Filium DEI incarnandum fuiſſe, etſi peccatum non introiiſſet in mundum, & imaginem DEI in primo homine fuiſſe ſubſtantiam,* multi vero improbarent utrumque, edita, de utroque peculiari *explicatione Anno 1550. lit. B.3.* ita ſcribit: *Garritur, grunnitur, latratur, & diſputatur contra me, in tenebris & angulis, imo alicubi etiam, ſed e longinquo, in pulpitis, hac una fiducia, quod non poſſint facile perferri ad me, quae illic dicantur contra me, adeo quieſcere non poteſt indocta invidia, & hypocritica conſpiratio. Sed oſtendam illis DEO volente, tempus tandem, etiam contra Sycophantae morſum, inveniſſe ac demonſtraſſe remedium. Et expectabo, quantum bello valeant, qui pacem tam furioſe oderunt.* Hinc PHILIPPUS, in quadam ad Georgium Princ. Anhalt. Epiſtola T. II. p. 261. eundem *hominem arrogantiſſimum* nominat, & N. GALLUS *in der Probe des Geiſtes Oſiandri, Magd. A. 1552. l. A. 1.* quo ſpiritu agitetur, maxime omnium ex importunitate illius, & ferocia, cognoſci poſſe putat. *Man ſehe*, inquit, *den übermäßigen Hoffarth, damit er alle Kirchen und Menſchen, bald, wenn ſie nicht ſeines theils ſeyn wollen, aufs allerhöniſcht verachtet, und unerkandter Sache trotziglich verdammet &c.*

§. XII. His ergo cum eſſet moribus, opportunus fuit inſidiis Satanae, a quo in fœdos, horribileſque, errores praeceps datus eſt. Namque & quum adhuc Norimbergae doceret, *aliquoties monſtroſas opiniones genuit, quae tamen ſapientia, & pietate Senatus Norimbergenſis, cum a Collegio*

*Theologorum Vittembergenſium judicatae eſſent, repreſſae ſunt*, ut PHILIPPUS tradit in *Orat. adv. Calumniam Oſiandri*, reprehendentis promiſſionem Candidatorum. &c. Imo ſapientiſſimus quisque ingenium ejus, neſcio quae, infortunia portendere Coetui ſacro, ipſique adeo religioni, arbitrabatur. JO. LANGIUS, Eccleſiaſtes Erphordienſis, cognito, non diu ſuperfuturum eſſe Lutherum, ad *Vencesl. Lincum*, veterem amicum ſuum, ſcribebat: *Quid videbimus, ſi hic* (LUTHERUS) *moriatur? Exurgent centum juvenes, qui Lutherum referre volent. O quam aegre expectat Agricola, quam difficulter D. Jac. Schenckius, & reliqui, niſi ſint aliqui, etiam in climate veſtro.* Quibus verbis obſcure illum notaſſe OSIANDRUM, eruditiſſimus VERPOORTENIUS, qui primus Epiſtolas ad *Lincum* edidit, *p. 132.* forſan non imperite, conjectat. Quin &, quum Marpurgi nervoſius ſe explicaturum eſſe locum, de quo pridie LUTHERUS expoſuerat, pro concione jactaret, ut ſupra retulimus, AMBSDORFIUS ita cenſuit: *Oſiander hat etliche Hörnißen im Kopff: Wenn er wird zu ſchwärmen anfangen, wird ſeines gleichen vor ihm nicht geweſen ſeyn.* Vid. *Auserleſene Geſchicht von Düringen*, (quas *Pfefferkornium*, Sup. Tonnenſem, collegiſſe, conſtat.) *Cap. XIII. p. 92.* Quibus præſagiis utinam non poſtea reſpondiſſet eventus! Denique ingenium Oſiandri conſiderans URB. REGIUS, ita de illo cenſuit: *Iſte homo futurus eſt magna Peſtis Eccleſiae*, ut D. ALBERUS, illius temporis ſcriptor, commemorat in *L. wider die Carlſtädter l. E. 4.* Memorabile vero eſt, quod in *hiſtoria de ſuccino Boruſſico p. 27.* JO. WIGANDUS refert. *Non reperitur*, inquit, *in Pruſſia atrum ſuccinum, ſed aut lacteum, idque in minore copia, aut flavum plerumque, quod tamen ſuas habet in hac ipſa flavedine variationes quamplurimas, ut paulo ante ſignificavimus, aut igneum. Semel autem, tempore Oſiandri*,

*andri, aliquid ſuccini hauſtum eſt, quod neſcio quid nigredinis ſimul habere viſum eſt, quod prodigii loco acceptum fuiſſe conſtat, quia novis dogmatibus tum Oſiander Eccleſias Pruſſiacas turbavit. Alias vero nunquam hoc compertum eſt.* Haec WIGANDUS.

§. XIII. OSIANDER igitur, ut venit in Pruſſiam, primo *de pœnitentia* non recte docere viſus eſt. Quod cum initio, e familiaribus cum eo colloquiis, *Staphylus* didiciſſet, mox OSIANDER ipſe prodidit, Anno 1549. d. 5. Apr. proponens diſſertationem *de Pœnitentia, pro loco obtinendae profeſſionis*, inſcriptam, in qua fidem eſſe eſſentialem pœnitentiae partem, non tam contra *Wittenbergenſes*, ut FUNCCIUS, gener *Oſiandri*, tradit *im Bericht, wie ſich der Oſiandriſche Streit angehoben, P. I.* ſub initium; quam contra *Confeſſionem Auguſtanam*, hujusque *Apologiam*, negavit.

§. XIV. Hoc ipſum vero non ſolum, quando habebatur Diſputatio, acriter impugnavit M. MATTH. LAUTERWALD, de quo ſupra, ſed poſtero etiam die *poſitiones contrarias* locis publicis propoſuit, in iisque novae doctrinae, nec unius erroris, Oſiandrum inſimulavit. Lauterwaldio junxerunt ſeſe D. Jo. BRETSCHNEIDER Medicus, & M. FAB. STOESSERUS, Oſiandro non parum faceſſentes negotii. Atque hanc quidem litem LUCAS OSIANDER, Andreae filius, *Cent. XVI. Epit. H. E. P. II. ſub init.* Melanchthonis opera ſopitam fuiſſe ſcribit. Adverſarii enim Oſiandri eo maxime offendebantur, quod Oſiander pœnitentiam eſſe dixerat *agnitionem, ac deteſtationem peccati, cum ſerio propoſito emendandi vitam*, nulla fidei mentione injecta, cum tamen in *Aug. Confeſſione*, & *Locis Philippi*, partes illius conſtituantur contritio, & fides. PHILIPPUS autem a diſcipulis, iisque Oſiandri adverſariis, per literas conſultus, reſpondit, deſcriptionem OSIANDRI non eſſe improbandam

ſimpliciter, quia pœnitentiae nomine *totam hominis converſionem*, quae morum emendationem contineat, intellexerit, nec eſſe, cur quis eo ſe patiatur offendi, quod OSIANDER *inhabitationis* divinae tam frequentem injiciat mentionem: hanc enim in Scripturis fundatam eſſe. Tali modo illam eſſe compoſitam controverſiam L. OSIANDER ſcribit. Noſtro tamen judicio non parum huc contulit auctoritas Principis, qui e Polonia redux Oſiandri adverſarios, *Lauterwaldium*, *Bretſchneiderum*, *Stöſſerum*, functionibus exuit, & juvenes, quorum non pauci venerant in partes, in carcerem conjecit. Vid. *Hartknoch. H. E. Pruten. L. II. c. 2. p. 313.* Oſiander vero ſua in ſententia perſtitit, & *in Confeſſione* quoque, biennio poſt, edita, de pœnitentia ſic diſputavit, ut *ſolam contritionem, odiumque peccati*, illius nomine intelligeret, fidemque ab illa removeret. Vid. *Conf. lit. D. ſeq.*

§. XV. Illo igitur certamine non cautior, ſed audacior, factus, novae litis incendium excitavit. Praelecturus enim, pro more, juventuti, IV. priora Geneſeos capita ſibi explicanda ſumſit. Qua occaſione ad argumentum, *de imagine Dei in primo homine*, delatus, docuit, *Chriſtum viſibilem inviſibilis Dei fuiſſe imaginem, ad quam primus homo ſit conditus. Hoc enim fuiſſe conſilium Dei, ut faceret hominem omnino talem, qualis futura erat imago ejus, i. e. Dominus noſter JEſus CHriſtus. Qui cum ſecundum humanam naturam nondum eſſet, ſed tantum ſimilitudo ejus, in qua filius Dei Patribus & Prophetis ſolebat apparere, voluiſſe Deum interim hominem ad ſimilitudinem ſuam facere, ut ſcilicet homo talis fieret, qualis Chriſtus, ſecundum humanam naturam, in mente Dei praedeſtinatus, & ea ſimilitudine utcunque adumbratus, & expreſſus eſſet*, quæ ipſius OSIANDRI ſunt verba *de imagine Dei lit. E. 3.* Addidit, hoc pertractato argumento omnes intellecturos, quod Dei Filius aſſumptu-

rus

rus fuiſſet humanam naturam, etſi peccatum non introiſſet in mundum, idque *Bonaventuram, Bielem, Mirandulanum*, aliosque pridem exiſtimaſſe. Vid. Hartknoch. *l. c.* Quod quidem a multis ita acceptum fuit, ac ſi Chriſtus naſciturus, & paſſurus fuiſſet, etſi primus homo non peccaſſet. Quapropter, ut hanc opinionem animis hominum evelleret, Anno 1550. publicavit libellum de hac quaeſtione, itemque de *imagine Dei*, quo vel decem argumentis ſententiam ſuam evincere allaboravit. Sed audiamus de utriusque certaminis hiſtoria Osiandrum ipſum: *Poenitentiam*, inquit, *diſputaturus definivi, eſſe agnitionem, & deteſtationem peccati, cum deſiderio emendationis, & ſpe veniae a Deo conſequendae. Statim extiterunt, qui hac definitione offenſi in publica Diſputatione coram Illuſtr. Principe, & Rev. Epiſcopo Sambienſi, nullis productis contra me argumentis, vociferarentur, me fore perturbatorem ſcholae, & ſeminatorem ſcandalorum, & ſchiſmatum in Eccleſia, qua calumnia quid virulentius? - - - Repertus eſt, qui poſtridie, ſcripto publice affixo, novam poenitentiae definitionem, a mea diverſam, etiam cum vitae periculo, ſe defenſurum profiteretur, quaſi mea definitio tam eſſet impia & haeretica, ut vel cum periculo vitae eſſet exterminanda. Cauſam quaeris? clamabant, Philippum aliter definiviſſe, accuſabant, fidei mentionem a me factam non eſſe: Jactabant, ſe a Praeceptoribus non diſſenſuros, eorum honorem & doctrinam defenſuros, & affixor per hoc etiam ſe juramento ſuo, quod Scholae Wittembergenſi praeſtitiſſet, ſatisfacturum ſe eſſe gloriabatur. Atqui Melanchthon edito ſcripto, teſtatus fuit, ſeſe in mea diſputatione nihil deſiderare. Dixeram, praefando in Moſen: ſperare me, Loco, de imagine Dei, diligenter tractato, effulſurum, filium Dei, ob immenſum & ineffabilem ſuum erga genus humanum amorem, incarnandum fuiſſe, etiamſi peccatum non*

*introiiſſet in mundum? At quantae calumniae ſunt ſecutae? Cum idem mecum ſentiant Alex. Ales, Jo. Scotus &c.* Vid. illius *Epiſtola*, in qua confutantur nova quaedam, & fanatica deliramenta publice ſparſa &c. A. 1549.

§. XVI. Sic igitur OSIANDER in Loco *de Imagine DEI* male ſobriam propugnavit ſententiam, eoque ipſo ad novum quendam, eumque multo deteriorem, errorem ſibi ipſi aditum communivit, quod quidem JOACH. MORLINUS, *in der Hiſtoria des Oſiandriſchen Schwarms*, rectiſſime judicavit. Utut enim hanc quoque controverſiam ſedatam fuiſſe LUCAS OSIANDER l. c. ſcribat, eo quod negarit ANDREAS, ſeſe ſuper hac re cum quoquam dimicaturum, ſagaciores tamen, quorſum haec tandem abitura eſſent, facile praevidebant. STAPHYLUS igitur e Germania, in quam ſe ob peſtem receperat, redux factus, praeſente Principe, aliquando placide collocutus eſt de Juſtificatione cum Oſiandro, qui cum eandem *imputando* fieri negaſſet, Staphylus ad Lutheri, & Melanchthonis, conſenſum provocavit. Oſiander vero ſuam de Juſtificatione ſententiam aperire, brevique ſcripto complecti juſſus fuit. Paruit ille, ſcripſitque theſes quasdam, easque non A. 1549. quod CONR. SCHLUSSELBURGIUS *de Oſiandr. p. 4.* & HUTTERUS *ad Art. III. F. C. p. 249.* docent, ſed 1550. die Octobris 24. publico ſubmiſit examini, ut MORLINUS refert in *Hiſt. Certam. Oſiandrici.* Ex his potiores ſelegit, recenſuitque HARTKNOCHIUS *in Hiſt. Eccleſ. Pruten. L. II. c. 2. p. 316.* Quas cum repetere, ſuaeque *Haereſiologiae L. XVI. c. 24.* inſerere omnes voluiſſet ARNOLDUS, non ſine omine factum, ut prima theſi exhibita, ſequentes ad *triceſimam nonam* usque, omitterentur. Quem hiatum, uti non parum miratus fuit, ac doluit; ita eundem in *Addit. p. IV.* tandem explevit.

§. XVII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198966-p0026-9

§. XVII. Sententia fere earundem huc redit: Chriſtum Mediatoris partibus duplici ratione perfunctum eſſe. Primo, quod ſua nobis obedientia promeruerit veniam, & remiſſionem peccatorum apud Deum: deinceps, quod eadem illa obedientia nobis acquiſiverit vires credendi, vel gratiam Dei ad concipiendam fidem. Concipi autem, & ingenerari fidem, per verbum internum. Ingeneratam fidem apprehendere Chriſtum, in verbo interiore velut latentem, & totam SS. Trinitatem in cor hominis adducere. Inhabitantem hoc pacto Trinitatem cum eſſentiali ſua juſtitia, quae Deus ipſe ſit, non modo excitare hominem ad ſancte vivendum, ſed & expellere peccatum, quod guttulae inſtar ab illo juſtitiae & ſanctitatis divinae Oceano ſorbeatur, adeoque hominem non *extrinſece*, ſed *intrinſece*, non per *imputationem*, ſed *infuſionem*, juſtificari.

§. XIIX. Haec docuit t.t. OSIANDER, & verbis quidem adeo ſpecioſis, lubricis, & ad fallendum compoſitis, ut vix quidquam in iis deprehendi poſſet, quod cum forma ſanorum verborum manifeſto pugnaret, ut MORLINUS ſua in Hiſtoria teſtatur. Sicut enim Noſtri renatos a Deo inhabitari facile largiebantur; ſic invicem videri volebat Oſiander, nec meritum Chriſti, nec remiſſionem peccatorum, nec juſtificationem per fidem, nec denique juſtitiae Chriſti imputationem, ſimpliciter negare. Solebat nempe *in Diſputationibus multa miſcere aliena a propoſito, & conſulto quaedam involuta, tanquam aenigmata, lectoribus tradebat, quae eſſent* μῆλον ἔριδος: Denique, *talis obſcuritas erat in illis oraculis, ut illi etiam, qui eum amabant, deſiderarent explicationes*, ut PHILIPPUS conqueritur *l. c.* Parum igitur abfuit, quin a Morlino ipſo, cauto alioqui, & erudito Viro, Brentio item, & aliis, pro λογομαχίᾳ & inani quadam de verbis liticula, haberetur. Imo vero J. ANDREAE

*in*

*in ſcriptis c. Staphylum* auſus fuit, ſententiam Oſiandri cum Aug. Confeſſione conciliare. Quod ipſum cum ei exprobraſſet ANDR. FABRICIUS t. t. Eccleſiaſtes Islebienſis, D. Andreae reſpondit: *Er ſolte ſeine Schrifften beſſer anſehen. Denn, wer da lehret, daß der Menſch gerechtfertiget werde, d. i. Vergebung ſeiner Sünden erlange, nicht von wegen des Gehorſams CHriſti, allein durch den Glauben, ſondern von wegen der weſentlichen inwohnenden Gerechtigkeit GOttes, der ſey verflucht. Daß aber Oſiander in ſolchem Verſtande das Wort* juſtificare *gebraucht haben ſolle, und gelehret, daß ihm gerechtfertiget werden, ſo viel heiſſe, als, Vergebung ſeiner Sünden erlangen, und das durch die einwohnende weſentliche Gerechtigkeit GOttes, und nicht, durch den Gehorſam Chriſti allein, des ſoll er mir einen Buchſtaben aus Oſianders Schrifften weiſen.* Vid. JAC. ANDREAE *im Gründlichen Bericht von Chriſtlicher Einigkeit der Theologen.* lit. K. 3.

§. XIX. Sed enim negari non poteſt, OSIANDRUM multos graves, periculique plenos errores non modo concepiſſe, ſed & pertinaciter defendiſſe. Nam (1.) diſtinguebat inter redemtionem, ſeu *reconciliationem*, & inter *juſtificationem*, eo tantum conſilio, ut oſtenderet, redemtionis, quippe dudum praeteritae, fructum nobis ad juſtificationem, quae adhuc eveniat, cedere non poſſe. *Alles dasjenige, das Chriſtus, als der getreue Mittler, von unſertwegen, durch Erfüllung des Geſetzes, und durch ſein Leiden und Sterben, mit GOtt ſeinem himmliſchen Vater gehandelt hat, das iſt vor 1500. Jahren und länger, geſchehen, da wir noch nicht gebohren geweſt ſind. Darum kan es eigentlich zu reden, nicht unſer Rechtfertigung geweſt ſeyn, noch genannt werden, ſondern nur unſere Erlöſung, und Gnugthuung für uns, und unſere Sünde. Denn man kan keinen gerecht und fromm machen, ehe denn er gebohren wird.* Vid. *Bekäntniß*

*vom*

*vom einigen Mittler lit. E. 4.* Itaque (2.) largiebatur quidem, Chriſtum pro Nobis impleviſſe legem, paſſum quoque & mortuum eſſe pro genere humano, illam vero *obedientiam* activam & paſſivam, *imputari nobis ad juſtitiam*, negabat. *Daß die Erfüllung des Geſetzes, und das Leiden, und Sterben unſers HErrn JEſu CHriſti als ein Werck, ſolten unſer Rechtfertigung, oder Gerechtigkeit ſeyn, das habe ich in der Heiligen Schrifft, meines Wiſſens, all mein Tage noch nie gefunden &c. Ib.* Vocem (3.) Juſtificationis non accipi oportere ſignificatu *forenſi*, quod doceant cum Aug. Conf. Vittembergenſes, ſed *phyſico*, adeoque non idem eſſe, quod abſolvere a reatu, & *juſtum pronuntiare*, ſed *juſtum facere*, aut juſtitiam alicui infundere. *Es will ſich*, inquit, *in keinem Wege leiden, daß man das Wörtlein Rechtfertigen, und Glaubens-Rechtfertigung, ſolt allein für gerecht halten, oder für gerecht ſprechen und nicht, für gerecht machen, verſtehen, und auslegen: Denn das wäre der Göttlichen Maj. zur Läſterung, und der gantzen Schrifft zuwider geſetzt. Ib. l. H. 3.* Juſtitiam (4.) non ſignificare *abſolutionem a reatu*, ſed *habitum pie juſteque vivendi. Wenn wir*, inquit, *von der Gerechtigkeit des Glaubens reden, ſo iſt Gerechtigkeit eben das, das den Gerechten recht zu thun beweget, und ohne das er weder gerecht ſeyn, noch gerecht thun kan. Ib. H. 4.* Itaque (5.) Juſtificationem formaliter non conſiſtere in *remiſſione peccatorum* & imputatione Juſtitiae J. C. ſed in *infuſione juſtitiae*, & extirpatione peccati. *GOtt will uns durch den Glauben an CHriſtum rechtfertigen, das iſt, gerecht machen, oder NB. Gerechtigkeit eingieſſen, und durch Würckung ſeines Geiſtes, und durch den Todt CHriſti, darein wir durch die Tauffe Chriſto einverleibet ſeyn, die Sünde, ſo uns ſchon vergeben, aber doch in unſerm Fleiſch noch wehret, und anklebt, abtödten, ausfegen, und gantz vertilgen, &c. Ib. l. D.* Juſtitiam vero noſtram

(6.) non eſſe *a Chriſto*, Mediatore *acquiſitam*, nobisque per fidem *imputatam*, adeoque *extrinſecam*; ſed *eſſe eſſentialem* in Deo juſtitiam, *Deumque ipſum*, per fidem corda noſtra *inhabitantem*, & nos ad pie ſancteque vivendum impellentem. *Hier iſt nun meine lautere*, inquit, *richtige, und klare Antwort, daß er nach ſeiner* Göttlichen *Natur unſere Gerechtigkeit ſey, und* nicht *nach der* menſchlichen *Natur, wiewol wir ſolche Göttliche Gerechtigkeit, auſſerhalb ſeiner Menſchheit nicht können finden, erlangen, oder begreiffen, ſondern wenn er durch den Glauben in uns wohnet, ſo bringt er ſeine Gerechtigkeit, die ſeine Göttliche Natur iſt, mit ſich in uns, die wird uns denn auch zugerechnet, als wäre ſie unſer eigen - - alſo daß wir unſere Glieder begeben zu Waffen der Gerechtigkeit &c. l. P. 3.* Denique (7.) Oſiander invehere ſtuduit modum juſtificandi *Enthuſiaſticum*, ut Melanchthon putabat, & licet videri vellet, aliud ſentire, reipſa tamen dicebat: *novitate vitae nos juſtos fieri*, judicio PHILIPPI *T. II. Epiſt. ed. Peuc. p. 260. & T. V. ed. Saub. p. 246.* Quo ipſo ad Papiſtarum opinionem eundem propius acceſſiſſe eſt in propatulo. Etſi enim in eo differant, quod Oſiander in *cauſa Efficiente*, h. e. divinae eſſentialis juſtitiae inhabitatione, ſubſtitit: Pontificii vero etiam *Effectis* ejusdem, h. e. operum bonorum meritis, quae in homine excitata formaliter in eodem haereant, juſtificationem conſiſtere ſomniant; utrobique tamen manet id haereticum dogma, *quaſi juſtificatio noſtra ſit infuſa*, & *inhaerens*, ut bene monet CONFESSIO LUNEB. *in Praef. A. 3. & Art. II. c. I. &* cum eadem P. PISCATOR *in Diſp. IV. ad F. C. n. 4. 5. ſq.* Alioqui non inepte CASPAR ULENBERGIUS *in Vita Oſiandri p. 545.* *Oſiander*, inquit, *novum quiddam excogitavit, a ſententia Catholicorum non minus, quam Lutheranorum, & Calviniſtarum, penitus alienum: Niſi quod ab opinione quorundam*

*Ana-*

*Anabaptiſtarum*, *eorum praecipue*, *qui* Davidem Georgium *ſequuntur*, *non multum abludit*. Juſtitiam enim *eſſentialem*, quam tantopere urſit Osiander, id ipſum eſſe, quod Quackeris dicitur *Chriſtus in nobis*, oſtendit B. D. *Bayer. in Quack. Qu. II.*

§. XX. Non igitur erat λογομαχία, ut Morlino, & aliis, initio videbatur, ſed controverſia gravis, & ad ſubverſionem fundamenti ſalutis, ſpectans. Quod quidem pro judicii ſui acrimonia facile aſſequebatur Philippus, qui Norimbergae Senatui, & Miniſtris Eccleſiae, oſtendebat: *Arcem religionis peti*, *de qua*, *ne obſcuretur beneficium Filii Dei*, *& ne extinguatur conſolatio*, *piis neceſſaria*, *& vera invocatio*, *neceſſe ſit expectare*, *retineri*, *& ſemper in conſpectu eſſe*, *veram doctrinam ſimpliciſſime explicatam*, *ſine corruptelis*, *& ſine umbris*, *ac involucris ambiguorum verborum. Quanta ſit magnitudo hujus rei*, *non conſiderare homines profanos*, *ſed pias mentes noſſe*, *in hac quaeſtione - - veritatem propter gloriam Filii Dei*, *& propter ſalutem hominum retinendam eſſe. &c.* Ad Jac. Rungium vero, de Artopoeo Sedinenſi conſultus, ita ſcribebat: *Non judico*, *Oſiandri controverſiam tantum* λογομαχίαν *eſſe*, *ſed de re magna diſſentit ab Eccleſiis noſtris*, *& obſcurat conſolationem in vero agone unicam*, *vel delet potius*, *cum jubet intueri juſtitiam eſſentialem*, *& non deducit nos ad promiſſionem offerentem miſericordiam per obedientiam Mediatoris. Omitto alias ejus diſputationes*, *quas obiter intexit*, *in quibus etiam a vera doctrina diſcedit. Sed etiamſi excuſetur Oſiander fucoſa interpretatione*, *ut verbis tantum diſſidere videatur*, *tamen ejus phraſis non recipienda eſt*, *quia parit ambiguitatem. Et diſſimilitudo phraſis in populo gignit diſſidia. Neque Artopoeo*, *neque aliis concedendum eſt*, *ut aut Oſiandrica doceant*, *aut publice proponant conciliationes Oſiandrici dogma-*

 *tis.*

*tis. Et, ſi quis admonitus non deſinit turbare Eccleſiam, defendendo Oſiandrica, aut fingendo conciliationes, removeatur ab officio, quia oportet hanc lucem retinere ſine caligine, quod fiducia debeat niti miſericordia Dei, promiſſa, propter obedientiam Filii, ſicut David inquit, non in juſtitia noſtra, ſed in miſericordia tua, propter Dominum, exaudi Nos.* Vid. *Conſilia* PHILIPPI Theol. p. 158. Improbat Melanchthonis conſilium, tanquam rigidius, more ſuo, ARNOLDUS l. c. non alia de cauſa, quam quia illius, & ceterorum Indifferentiſtarum, judicio perinde eſt, quae demumcunque doctrina de Juſtificatione hominis in Eccleſia proponatur, & ſive per *infuſionem*, ſive per *imputationem*, juſtificari dicamur. Philippus autem ſententiae ſuae graves habuit cauſas, quod ex literis patet, & quicquid hujus ſvaſit, id ſtudio veritatis, non odio inductus, fecit. Simulac igitur ad frugem rediit Artopoeus, ſeque nec defenſurum, nec excuſaturum, Oſiandri dogma promiſit, idem ille Philippus peculiari, quae extat *T. I. Ep. edit. Peucer. p. 239.* epiſtola, pro eodem P. RHODIUM, & Collegas in Eccleſia Sedinenſi, eſt deprecatus. Quod ipſum facile docet, prius illud conſilium *neceſſitatis*, non *malitiae*, fuiſſe.

§. XXI. Filius Oſiandri, LUCAS, in *Epit. H. E. Sec. XVI. p. 555. ſeq.* ſtudioſe excuſat Patrem, eumque, praeter meritum, impugnatum eſſe ab aliis tanta vi, ſtatuit. Docendo enim: *hominem juſtificari eſſentiali Dei in nobis habitantis juſtitia: & Chriſtum ſecundum divinam naturam noſtram eſſe juſtitiam: & juſtitiam eſſe id, quod nos impellat ad juſte agendum; nihil aliud voluiſſe, quam quod Paulus ſcripſit: Deum eſſe, qui in nobis operetur, & velle & perficere. Abuſum tantum Andream eſſe vocabulo Juſtificationis, quod pro Regeneratione acceperit. &c.* Sed, utut iſtam *Patris* excuſationem *Filio* facile condonemus, formulas tamen, modosque

loquendi, quas magno numero e ſcriptis Oſiandri ſupra collegimus, cum eadem conciliare non poſſumus. Nam ſi veram, & e Scripturis erutam, & inde ab emendatae religionis tempore traditam in Eccleſia, doctrinam, tenuit Oſiander, *cur eandem hoſtiliter invaſit? cur peperit novam, profeſſus, veram juſtificandi rationem neminem hactenus intellexiſſe? Cur Eccleſiam verborum certaminibus turbavit, ac propemodum evertit? Si haud intellexit, cur meliora monentes contempſit? Cur tantum Eccleſiae ſcandalum dedit?* ut bene ac ſapienter judicat B. D. Fechtius *in Appar. ad Suppl. H. E. p. 249.* Morlinus ipſe, cui Oſiander initio verbotenus tantum ab aliis diſſentire fuerat viſus, tandem, re accuratius expenſa, ſic judicabat: *Allhie iſt keine ſchlechte Uneinigkeit von Oſiandro, und ſeinem Anhang, in vergänglichen Sachen erwecket, ſondern man hat mitten in die Bibel gegriffen, keinen Articul des Glaubens verſchonet, ſondern ſie allzumahl, und einen jeden inſonderheit, herum gerücket, und mit grimmigen Hertzen jämmerlich darein geriſſen.* Id quod deinceps, eundo per ſingulos prope Chriſtianae doctrinae articulos, probavit in *L. daß Oſiandri Irrthum mit keiner Vergeſſenheit zu ſtillen, lit. A. 2.* Minime ergo λογομαχία fuit, aut de lana caprina contentio.

§. XXII. Ceterum, ut nullus facile error tam vel abſurdus, vel gravis eſt, quin hinc incautos occupet, hinc rerum novarum cupidos capiat; ita nec defuerunt, qui eidem & in Pruſſia, & in Germania, faverent. Regiomonte, atque in Pruſſia, errorum ſuorum ſocios nactus eſt D. Isinderum, qui non ita multo poſt, omni rationis amiſſo uſu, miſere in cuſtodia periit, D. Andr. Aurifabrum, Medicum Principis, M. Ottmarum Eplinum, eidem a concionibus, hominem, ut ex amicorum ore Schlusselburgius depingit, omnium ſcelerum maculis contamina-

 tiſſimum,

tiſſimum, M. Jo. SCIURUM, Ebraeae Linguae Doctorem in Academia publicum, M. VOGELIVM, Eccleſiae Kneiphovienſ. Paſtorem, imprimisque Jo. FUNCCIUM, qui pariter Duci Alberto a concionibus fuit. In Germania M. PETRUM ARTOPOEUM, Eccleſiaſten in Pomerania Sedinenſem, JOANNEM item CULMANNUM, & VETTERUM, Norimbergae, & alios, qui, cum ſaniora docentibus cedere noluiſſent, vel a magiſtratu dimiſſi ſunt, vel ſponte ſuis ſe muniis abdicarunt. Studuit quoque FLACIUM in partes ſuas pertrahere, quippe quem Princeps Pruſſiae, (Albertus Senior) *miſſo etiam largo honorario*, ut potius Oſiandriſtarum partes tueretur, quam oppugnaret, inducere voluit. At FLACIUS maluit cum Vittembergenſibus, ſibi alioqui infenſiſſimis, pro veritate, quam cum amico Oſiandro, propoſitoque ampliſſimo ſtipendio, contra eam, militare, quod publice gloriatur in *Narratione actionum, & certaminum ſuorum*, apud SCHLUSSELBURGIUM *in Catal. Haeret. T. XIII. p. 828.*

§. XXIII. Scripſit igitur FLACIUS *wider die neue Ketzerey der Dicaeiſten.* Item: *wider des* Rabbi Oſiandri Primarii *Spruch* A. 1552. In ipſa vero Pruſſia Oſiandro, ejusque popularibus, acriter ſeſe oppoſuerunt D. VENETUS, M. HEGEMON, MART. CHEMNITIUS, t. t. Duci a Bibliotheca, D. GEORGIVS SABINVS, JCtus, & Poeta celeberrimus, gener Melanchthonis, D. JO. PONTANVS, & D. JO. PLACOTOMUS, Medici, & plerique omnes per Pruſſiam Brandenburgicam Eccleſiarum Miniſtri, in Synodis, Regiomontana, Oſterrodenſi, Saalfeldenſi &c. congregati, imprimisque D. JOACH. MORLINVS, qui, ab Erico, Brunſvicenſi ejectus, commodum t. t. Regiummontem venerat. Conf. SCHLUSSELBURGIUS l. c. p. 43. ſq. In Germania primus eum confutavit JUSTUS MENIUS, P. & Sup.

Gothanus in L. *von der Gerechtigkeit, die für GOtt gilt, wider die Alchimiſtiſche Theologiam D. Oſiandri:* Hinc Magdeburgici, & Luneburgici in Reſponſ. ad Conſ. Oſiandri A. 1552. Sigillatim Phil. Melanchthon in Reſponſ. & judicio tam perſpicue, ſolideque errorem illum rejecit, ut, vel inviti, quidam ex oſoribus ejus faſſi fuerint, *non ſeſe intellexiſſe momenta controverſiae, niſi de indicatione, & explicatione Philippi Melanchthonis, Norimbergae conſcripta. Reliquos vehementer magis, atque acerbe, quam vere, & ex fontibus, Oſiandricae cauſae fundamenta oppugnaſſe.* Vid. Vittembergenses, *in Expoſ. Coll. ex actis Synod. Vittemb. A. 1559. lit. G. 3. b.* Quo exemplo quantum interſit veritatis, evolvi controverſias, a Doctoribus rerum peritis diſcere poſſumus. Idem vero fecerunt Nic. Ambsdorfius, & Alex. Alesius, Theologus Lipſienſis, nec non Nic. Gallus *in der Proba des Geiſtes Oſiandri von der Rechtfertigung, durch die eingegoſſene weſentliche Gerechtigkeit GOttes,* Magdeburgi An. 1552. nec non in Themate depravationum Auguſtan. Confeſſionis pro conſervanda ejus veritate, Ratisbon. A. 1560. Flacius & Gallus in ſua ad Würtembergicos plena modeſtiae & gravitatis epiſtola, apud B. D. Fechtium *in Suppl. H. E. P. II. n. 13.* Jo. Knipstroh, Superintendens Gen. Pomeraniae. Jo. Policarius Superintendens Weiſſenſelſenſis, Wolf. Walter, Eccleſiaſtes Norimb. & M. Mich. Roeting, Rector Gymn. Norimb. Idem factum in Confutationibus *Illuſtr. Ducum Saxon.* pag. 52. quas initio adverſus paſſim invaleſcentes errores ſcripſerant, Vict. Strigelius, Erh. Schnepfius, & Angelius, Ecc. Pastor, Theologi Jenenſes, de communi vero conſenſu Superintendentum ediderant Principes, nec non a Val. Curtio, Paulo ab Eizen, Westphalo, Kittelio,

Hes-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198966-p0035-9

HESHUSIO, aliisque, in *Confeſſ. Luneburgica* Ann. 1564. itemque a *Confeſſionis Geranae* auctoribus, MUSEO, AUCTUMNO, ROSINO &c. An. 1567. denique ab *auctoribus & ſociis* FORM. CONC. *Artic. III.* ut adeo gravis ille, ac decumanus, error totius Eccleſiae conſenſu rejectus ſit, & exploſus. Comparetur P. PISCATOR, *Theol. Jenenſis in Diſp. IV. ad F. C. n. 10. 11.*

§. XXIV. Cauſam erroris hinc ab ingenio illius, *nimia* ſui *admiratione* corrupto, & meliora docentibus cedere neſcio, hinc *a ſtudio* Theologiae *Myſticae*, & inde oriundis opinionibus, omnium commodiſſime derivarim.

§. XXV. Obtentui quidem iſtis ſpargendis, ac urgendis in Eccleſia, ſumebatur *neceſſaria morum emendatio*, cujus quoddam prae ſe ferebat ſtudium OSIANDER, cum ipſe, quod ſupra oſtendimus, non uno vitii genere laboraret. Nam, cum adhuc Norimbergæ doceret, noluit a concione *generalem*, quam vocant, *abſolutionem* de ſuggeſtu prælegere, cauſatus, pauciſſimos eſſe, in cœtu, ad quos illa pertineat: ſufficere privatam. Vid. SECKENDORFIUS *Hiſt. Luth. P. III. §. LXXVII. f. 253.* Orto deinceps in Pruſſia certamine incuſabat noſtros, *quod renovationem, quæ fiat in regeneratione, a Juſtificatione ſejungant*, ut HAMBURGENSES & LUNEBURG. queruntur in *Reſp. ad Conf. Oſiandri p. K. 1.* Quorſum etiam haud dubie ſpectabit, quando D. Lutherum inſimulavit, *ob habe er CHriſtum nur halb geprediget*, ut FROESCHELIUS *vom Prieſterthum der Kirchen p. 14.* refert. MORLINUS ſua in hiſtoria *lit. E.* ſcribit: Oſiander *hatte Ceteros in dem Verdacht, ob hielten ſie dafür, daß der Glaube dem ſündlichen Fleiſch gleichwohl bey der Vergebung der Sünden ſeinen freyen Willen lieſſe.* OSIANDER ipſe in *præf. L. Vom einigen Mittler A. 1554. Die Heuchler*, inquit, *predigen, unſere Gerechtigkeit ſey nichts anders, denn daß uns GOtt*

*GOtt für gerecht halte, ob wir gleich böſe Buben ſeyn, und daß unſere Gerechtigkeit auſſerhalb uns, und nicht in uns ſey, denn bey dieſer Lehre können ſie auch wohl für heilige Leute gehalten werden.* Et PETRUS ARTOPOEUS Magdeburgi ad Wigandum dicebat; *Oſiandrum voluiſſe oſtendere, quod non modo multum de juſtitia clamandum, ſed & juſtitia vere praeſtanda ſit.* Quanta enim ſit vitae licentia, omnibus manifeſtum eſſe, ut ipſe WIGANDUS refert in *Oſiandriſmo p. 411.* Imo vero M. VOGELIUS, Morlini in Paſtoratu ſucceſſor, palam criminabatur, occaſionem illi certamini dediſſe, *quod Theologi eo usque tantum de remiſſione peccatorum docuiſſent, nihil autem de ſanctificatione dixiſſent*, Oſiandrum igitur & hanc doctrinae partem voluiſſe inculcare, ac tradere. Sed Morlinus Vogelio reſpondit: *hoc eſſe apertiſſimum mendacium ad extenuandum hoc certamen improbe confictum*, apud WIGANDUM *in Oſiandr. p. 206.* Et omnino inanis ille praetextus fuit, cum conſtet, doctrinam de juſtificatione, etiam recte explicatam, ſanctimoniæ vitæ, & operum neceſſitati, nihil detrahere. Neque etiam fas eſt, ad corrigendos hominum mores ad, neſcio quos, errores confugere.

§. XXVI. Vera igitur cauſa fuit partim αὐθάδεια, ſtudiumque novitatis, & ambitio: partim admiratio Theologiae Myſticae, quod ſupra innuimus. *Novandi ſtudium, & αὐθάδειαν* MORLINUS notat in hiſt. narrat. *Wie ſich der Oſiandriſche Schwarm angehoben lit. B. 3.* Oſiandri intimationes, inquit, *ſind guten theils des Schlags geweſen, daß man NB. etwas neues, oder ja dasjenige wolte fürbringen, das zuvor nie erhöret, wie mich des ein vornehmer alter Herr aus dem Fürſtlichen Rath bericht hat, und geklaget, daß ihm ſolches bald einen Grauen und Eckel über dieſen Mann gemacht habe. Arrogantiam, & φιλονεικίαν*, prodidit in literis ad Morlinum,

quae extant apud WIGANDUM, MELCH. ADAMUM, HARTKNOCHIUM, ARNOLDUM, & alios. Verba ſunt: *Sibi concione Morlini non modo acerbum, verum etiam ſceleratum vulnus inflictum eſſe. Jam accedere literas, quas neſciat, an ſint indoctiores, an furioſiores. Se ſibi vehementer gratulari, quod Morlinum habeat inimicum apertum potius, quam, amicum incertum. Literas ipſius omnem ſibi ſpem amicitiae, concordiae, & ipſius reſipiſcentiae adimere.* Tandem addidit: *Oſtendam Tibi, Morline, Deo adjuvante, coram totius Europae Eccleſia, aliud eſſe doctum, aliud Doctorem Vitembergenſem, qui, oblitus filii Dei, juravit, ſe non diſſenſurum a Conf. Auguſtana, cum omnis homo ſit mendax, nec excipiatur Philippus. Haec memori mente reponito.*

§. XXVII. Acceſſit vero & *ſtudium Theol. Myſticae*, cui eum fuiſſe deditum, non obſcuris mihi indiciis conſtat. Primo enim (1.) *Cabbalae* Hebraeorum multum tribuit, cujus non ſolum inſimulatur a WIGANDO *p. 4.* ſed & FLACIO in *libello de JEſu, nomine CHriſti proprio, & Jehova, nomine veri Dei proprio.* Scribit enim, *Oſiandrum, poſt omnem conſenſum totius Eccleſiae, omniumque Doctorum, ut, novi aliquid aſſerendo, oſtenderet, ſe ceteris mortalibus plus ſapere, attuliſſe in ſuis annotationibus ſuper harmonias, novam, Judaicam, & Cabaliſticam quandam hujus nominis metamorphoſin.* Haec FLACIUS, qui Eum hac de cauſa ſaepenumero *Rabbi Oſiandrum*, appellat. Ipſe OSIANDER, in defenſione erroris ſui de imagine DEI, provocabat ad Jo. Picum Mirandulanum, *ceu in omnibus Hebraeorum, & Chaldaeorum myſteriis undecunque doctiſſimum. lit. A. 4.* Huc ſpectant illius *Conjecturae de ultimis temporibus, ac fine mundi*, e Prophetia maxime *Danielis*, & Joannis *Apocalypſi* erutae, ac *Norimbergae A. 1544.* evulgatae. In his enim non modo ſubinde MIRANDULANUM laudat, ſed & mere *Cabaliſticis* rationibus

nititur,

nititur, tandemque eo delabitur, ut Cap. II. b. 4. *vero ſimillimum* ſtatuat, *finem mundi futurum eſſe A. C. 1656.* ita ut abhinc annis 112. ille ſit expectandus. Cumque intelligeret, haec pugnare cum Servatoris dicto *Marc. XIII, 32.* in *praefat.* libelli, & alias, parum opportune diſtingvit inter *annum, diemque, & horam*, diei extremae. Poſteriora *duo* perpetuo ignoranda eſſe hominibus, *annum* non item. Sic enim in praef. ſcribit: *Etſi Dominus noſter J. C. Matthaeo teſte, diem illum, & horam, qua ipſe ad judicandum vivos, & mortuos, reverſurus eſſet, a nemine mortalium, ac ne ab Angelis quidem, ſciri, ſed in ſolius Patris arbitrio poſitum eſſe, clariſſime pronunciarit; Chriſtianos tamen homines in S. literis eruditos, conjecturis quibusdam, e verbo, & operibus Dei petitis, ad tempus illud praeſagiendum, & quaſi circumſcribendum, non ſolum NB. pervenire poſſe arbitror, verum etiam ut perveniant, conari debere judico. Non enim dixit Dominus noſter:* ſeculum *illud, aut* aetatem *illam, aut* annum *illum adventus ſui, a nemine ſciri, ſed* diem *tantum &* horam, *aſſerit ignorari &c.* Et c. II. ſub finem: *Sicut Noah diem quidem & horam diluvii neſcivit, donec Dominus eum juberet, ingredi arcam; annum autem ſcivit, cum Deus illi praedixiſſet, ſe hominibus adhuc 120. annos, poenitentiae ſpatium, concedere. Ita & nos, tametſi* diem *&* horam *adventus Domini prorſus ignoremus*, annum *tamen ſi e ſacris literis elici poſſe credamus, nihil faciemus abſurdi.* In praefatione allegat vaticinium Eliae Levitae, qui crediderit, mundum 6000. annos duraturum. Quae ſententia licet nihil offendat Chriſtianos, tamen quia Judaei (addo Chiliaſtae ac fanatici,) abutuntur illa ad perfidam ſuam impietatem confirmandam, ſciendum eſt, eam adjectitiam eſſe, additam ab aliquo Rabbino, Judaicae opinioni patrocinari volente: nec eſſe, ſeu ipſius Eliae, ſeu etiam diſcipulorum

 ejus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198966-p0039-5

ejus. Quod inde maxime animadvertere licet, quod haec cauda ad traditionem Eliae addita aliis verbis in diverſis locis inveniatur, utpote in *L. Havoda Zara*, i. e. ſervitus aliena, & L. *Sanhedrin*, cap. helec. Vid. omnino MICH. NEANDER *in Catech. Lutheri Graeco-Lat. ſub fin. p. 116.* Nihilominus OSIANDER addit ſub finem *c. I. lit. b. 2.* magnis de cauſis ſe conjicere, ſextum Millenarium, nequaquam impletum iri. *Nam*, inquit, *ſicut in Lege ſexta dies non tota conceſſa eſt ad operandum, ſed inſignis aliqua pars adjicitur ſabbatho, circa veſperam; ita ſextus Millenarius non totus concedetur huic mortali vitae, ſed luculenta pars ejus coeleſti quieti cedet &c.* Quae omnia, quantopere delectatus ſit *Cabala*, ſatis docent. Hanc vero fontem eſſe Theologiae Myſticae, COLBERGIUS *im Platoniſch-Hermetiſchen Chriſtenthum P. I. C. III.* ſolidiſſime oſtendit, nec diffitentur HALENSES in *Obſervat. T. I. n. 1.*

§. XXIIX. (2.) Proprium fere Myſticis Scriptoribus eſt placitum, de *tribus* hominis partibus, *Corpore, Anima, & Spiritu.* Sed hoc ipſum in Libro *de Imagine DEI* in homine, l. G. 2. G. 3. non obſcure probavit *Oſiander*, & ſemel, iterumque, homini tot partes tribuit, Spiritum quoque, ſtylo Myſticorum, *mentem* nuncupavit.

§. XXIX. (3.) *Platonem & Pythagoram* eum in deliciis habuiſſe, inde collegerim, quod Auguſtae in Comitiis, cum in Principum, Ordinumque, ac Theologorum, conventu examinanda eſſet Confeſſio exhibenda, & declaranda ſententia, *quod ſola fide juſtificemur*; credidit, illud ex *Platone & Catone* probari poſſe. Hunc enim ſcribere: *Caſta Deus mens eſt &c.* Id quod non modo PHILIPPUS *T. V. Ep. edit.* Saub. narrat, ſed & THEOLOGI SAXONICI confirmant, *in der endlichen Erklährung* c. Flacium A. 1570. lit. E. 4. cujus auctorem fuiſſe G. MAJOREM ſatis conſtat. Et

licet neutrobique exprimatur *Oſiandri* nomen, auget tamen ſuſpicionem, quod, orto ſuper hac doctrina certamine, a Noſtris *juſtitiae* alicujus *Ethnicae*, & *Platonicae*, eſt inſimulatus. *Vult nos juſtos eſſe divinitate in nobis habitante, quod idem & ſapiens vetuſtas inter Ethnicos dicebat:* Nullam eſſe excellentem virtutem ſine motu divino, verba ſunt Philippi *T. V. Epiſt. p. 246.* qui, occaſione hujus certaminis, ſcripſit peculiarem Orationem *de Definitione Juſtitiae*, quae extat *Tom. III. declam. p. 646.* Nec ipſe diffitebatur Oſiander, articulum de Juſtificatione in A. Conf. ſuum ad palatum conceptum non eſſe, *in refutatione Philippi l. B.*

§. XXX. (4.) Adhaec *imaginem DEI* in homine primo credidit aliquid eſſe *ſubſtantiale*, perinde ut Myſtici fingunt internum hominem, ſive ſpiritum, & id, quod in regeneratione accepit, eſſe aliquid DEI, eſſentiaeque divinae particulam.

§. XXXI. (5.) Myſticos exiguam *fidei* rationem habere, ſcripta eorundem teſtantur, in quibus unam & ſolam charitatem crepant, fidei vel nulla, vel certe rara mentione injecta. Sic & Oſiander fidem non ſolum *e poenitentia*, ſed & poſtea ex *ipſa juſtificatione* excluſit.

§. XXXII. (6.) Myſticos *ſimplicitatem* odiſſe, & alta ſapere, notum in vulgus eſt. Idem in Oſiandro, hujusque aſſeclis, notarunt illorum temporum Doctores. Itaque Morlinus eosdem accuſabat, *quod ſimplici Catechiſmo contenti eſſe nollent, ſed ipſum Deum in pelliceo aureo, h. e. in ſua majeſtate, videre vellent.* Unde Funccium, circumventum ſeſe ab Oſiandro queſtum, ſevere monuit, ut *in ſimplicitate fidei conſiſteret, miſſis ſublimibus ſpeculationibus.* Vid. Wigandus *in Oſiandriſmo pag. 108.*

§. XXXIII. (7.) Igitur ut Myſtici *tumorem in ſcribendo* amant, & velut cothurnati incedunt, ſic Oſiander etiam,

neſcio quod, turgidum & inflatum dicendi genus, etiam pro concione, adhibuit. WITTEMBERGENSES *Pericleam* Ei *grandiloquentiam*, quae *cum fragore terribili fulmina vibrarit*, tribuunt, *in Expoſit. collect. ex Actis Synodicis*, *ſuper Interim.* Vittemb. 1559. lit. G. 2. Et PHILIPPUS *T. V. Epiſt. Edit. Saubert. p.* 249. de eodem ſcribit: Σκιᾷ τινὶ λόγους ἀνασπᾷ, h. e. umbra quadam verba attollit, *& multas manifeſtas calumnias*, & βωμολοχίας, vel, inſidias religionis nomine tectas, *coacervat.*

§. XXXIV. (8) Delectatum eum eſſe lectione *Myſticorum* Scriptorum, ex eaque *grandiloquentiam* contraxiſſe, SECKENDORFIUS auctor eſt *Hiſt. Lutheran. P. I. f. 242. in add.* Ex iisdem venenum ſuum hauſiſſe Oſiandrum, B. BUCHERUS docet *in Luth. Antipietiſt. c. II. n. 3. p. 14.* Huc etiam reſpexiſſe videtur JUSTUS MENIUS, qui primus ei ſeſe objecit, quando librum ei oppoſitum inſcripſit: *Von der neuen Alchimiſtiſchen Theologie des Oſiandri.* Exprobrat enim Oſiandro l. J. 4. quod ſuam de eſſentiali Dei juſtitia ſententiam *ex praefatione quadam Reym. Lullii* hauſerit. Neque vero Oſiander negat, *Lullium* ſe legiſſe: tantum ob artem Medicam ſe id feciſſe ſcribit: *im Schmeckbier l. E. 2.* Poſtremo non diffitetur ARNOLDUS, eum ab aliquibus inter *Enthuſiaſtas* relatum eſſe. Quae cauſa quoque illum haud dubie impulit, ut ad eundem excuſandum vim omnem intenderet, quum fere mulus mulum ſcabere ſoleat.

§. XXXV. (9.) Auget ſuſpicionem, quod Veterum pro ſe adducturus conſenſum, nec Ignatium, nec Irenaeum, nec Clementem, nec Ambroſium, nec Hieronymum, nec Auguſtinum, ſed *Sedulium* & *Taulerum* citavit, BUCHERO teſte *l. c.* Sicut invicem *Oſiander* a WIGELIO, & fanaticis, in doctrina de Juſtificatione laudatur. Unde a CALOVIO *T. I. Syſt. p.* 121. *praedeceſſor Weigelii* ſalutatur.

Vid.

Vid. NIC. HUNNIUS *von der neuen Paracelſ. und Weigel' Theologie p. 158.* HORNB. *in S. C. Lib. VI. p. 400.*

§. XXXVI. Itaque (10.) ut Myſtici ſubinde in ore habent *Deificationem*, vel *ſubſtantialem* cum Deo *unionem*; ſic Oſiander, juſtificationem deſcripturus, dicebat, quod per eſſentialem Dei juſtitiam Dii efficiamur, & quod *juſtitia in nobis ſit Deus*, & *Chriſtus ipſe*. Quod certe Deificationem aliquam ſapiebat, quam fere ſolent Myſtici per *viam* ſuae *unionis* intendere. Myſticae igitur Theologiae illum ſtudioſum fuiſſe, hactenus eſt oſtenſum.

§. XXXVII. Ab hac vero ut facillimus datur ad ipſum *fanaticiſmum* tranſitus; ſic mirum non eſt, easdem illum opiniones foviſſe, quas alioqui in fanaticis notare, ac improbare ſolemus. Itaque (a) *Theologiam a Luthero emendatam*, a Philippo autem digeſtam, & in Compendium, ordinemque redactam, *ob terminos*, neceſſitate quadam in eadem adhibitos, *Philoſophicam* dixit, & ceu nimis aridam, *ſtrigoſam*, *& Ariſtotelicam*, *quae* carnem *magis*, *quam* ſpiritum, ſapiat, exagitavit. Hinc MELANCHTHON *in ſuis ad Camerar. Epiſt. p. 639.* injecta controverſiae Pruſſicae mentione: *Ego*, inquit, *accuſor*, *quod libertatem in opinionibus fingendis reſtrinxerim modis loquendi philoſophicis.* OSIANDER autem datis ad Mich. Stiefelium literis, non ſine ipſius Lutheri contemptione, ſcribebat: *Lutherum a Philippo ſeductum*, *plane Ariſtotelicam Theologiam coxiſſe.* Vid. WIGANDUS *in Oſiandr. p. 110.*

§. XXXVIII. Tum vero (b) *Syſtemata Theologica*, *Locosque*, *& Compendia improbavit.* Itaque minabatur aliquando, omnem ſe impetum in *Locos Theol. Philippi* verſurum eſſe, *l. c.* quos non ſine ſumma contumelia, pro Locis, *Lotium* nominavit, ut Synodus *Oſterrodenſis* teſtatur, apud WIGANDUM *p. 331.*

§. XXXIX.

§. XXXIX. (c) *Symbola Eccleſiae*, qua Vetera, qua recentiora, ipſamque adeo *Auguſtanam Confeſſionem*, cui olim examinandae in Comitiis adhibitus fuerat, magno ſupercilio deſpexit. Generatim enim *Symbola* pro *verbo humano* habuit, quod improbarunt NIC. GALLUS, *in der Probe des Geiſtes Oſiandri* p. B. 1. b. & MORLINUS in L. *daß Oſiandri Irrthum mit keiner Vergeſſenheit zu ſtillen*, *p. A. 3. b.* Tria quoque Symbola Oecumenica eo nomine exagitavit, quod in iis ne verbulo quidem juſtificatio tangatur, *in der Widerlegung Philippi p. B.* Sigillatim in Auguſt. Confeſſionem invectus, in ſpurciſſimo libro, quem digno ſua perſona titulo, *Schmeckbier* inſcriptum, celeberrimis Theologis oppoſuerat, appellat *mendacia*, & Eccleſias eandem profitentes, *regnum Diaboli.* MORLINUS quoque l. c. p. B 3. b. eidem exprobrat, quod Aug. Confeſſionem nominarit *figmentum humanum*, *ein menſchlich Gedicht*, *worinn der heiligen Schrifft nicht mit einem einigen Wort gedacht worden.* Itaque Oſiander quaeſtiones quasdam propoſiturus MORLINO, primo loco diſcere voluit ex eo: *Numne Auguſtanam Conf. accipiat pro Scriptura Canonica*, *cujus ſit inviolata auctoritas?* Ad quod autem MORLINUS bene, & ſapienter, reſpondit: *Seſe non quidem Auguſtanam Confeſſionem*, *ſed tamen verbum Dei Aug. Confeſſione comprehenſum*, *pro Scriptura Canonica habere.* Criminatus quoque illam OSIANDER fuit, *quod de controverſis articulis in eadem non ſit ſufficienter ſcriptum*, *magisque ad homines*, *quam Deum*, *reſpexerit*; *Articulum de Juſtificatione in ea nimis eſſe brevem*, *& obſcurum*, *ita ut nihil certi ex ea poſſit ſtatui*, *& cardinem veritatis in eadem expreſſum non eſſe. Quod ſi factum fuiſſet*, *aliam eandem habituram eſſe faciem*, *in refutat. Philippi p. 520.* Et tamen, (quod PHILIPPUS *in Orat. de Calumn. Oſiandri* reſpondet) *tunc*, *quum de Conf. deliberaretur*, *non propoſuit ſuas ſen-*

*tentias*, *nec formam aliquam ſcripſit*, *nec ſcribentes adjuvit. Tantum*, *ut alii quidam ebrii in conviviis*, *moderatius dicta taxavit. Tunc in articulo tantae deliberationis non debuit Eccleſiae deeſſe*, *cum quidem ſententiam dicere juſſus eſſet. Ne poſtea quidem ſe aperuit annis viginti. Nunc tandem ex longo intervallo*, *velut ex antro Trophonii prodiens*, *nova oracula affert*, *& exorditur hanc ſuam μυςαγωγίαν a criminatione.* Adde SCHLUSSELBURGIUM *in Catal. p. 79.* Voluit quoque *Catechiſmum Lutheri* e Scholis, Eccleſiisque, Prutenicis, ejicere, & ſuum, quem Norimbergae conſuerat, ſubſtituere, ut Synodus *Saalfeldenſis* queritur, apud WIGANDUM *p. 353.*

§. XL. Eadem de cauſa (d) improbavit, quod *Symbolis* in Eccleſia noſtra *fidem per jusjurandum obſtringimus.* In ſuis enim ad Morlinum literis, quas ſupra dedimus, ceu impios, *Deique oblitos*, exagitabat, qui jurarent, *ſe non diſceſſuros ab Aug. Confeſſione*, *cum omnis homo ſit mendax.* Ipſe vero gloriabatur, ſe libertatem retinuiſſe, nec admiſiſſe hæc vincula, ut PHILIPPUS, *loco mox allegando*, commemorat. Clamabat etiam, (quod Synodus *Oſterrodenſis* refert,) Eccleſiae Dei non parum obeſſe illam religionem: imo, *qui in Confeſſionem jurarint*, *hos abjuraſſe Dei verbum.* Hoc omnium maxime prodidit OSIANDER in libro, quem *Philippo* oppoſuit, in quo p. B. 2. de jurejurando ſacro ſic ſtatuit: *Was würcket nun dieſer Eyd*, *den die Doctores und Magiſtri zu Wittenberg ſchweren*, *denn daß er diejenigen*, *ſo ihn ſchweren*, *NB. von der heiligen Schrifft abreiſſet*, *und an die Symbola*, *und an des Philippi Lehre*, *bindet.* Et poſt aliqua: *Der zu Wittenberg gemachte Doctor*, *oder Magiſter*, *iſt ein armer gefangener Mann*, *mit Eydes-Pflicht in ſeinem Gewiſſen verſtricket und verwirret*, *dann er hat GOttes Wort verſchworen*, *und auff Philippi Lehre geſchworen*, *hat ihm*

*den Knöbel laſſen ins Maul binden, daß er in wichtigen Sachen des Glaubens nicht reden wolle, er habs denn zuvor mit den Aelteſten, ſo die Confeſſion feſt halten, berathſchlaget, und mit denſelben muß er bey ſeinem Eyd bleiben, in der Einhelligkeit der Confeſſion, wenn ſchon die heilige Schrifft ein anders ſagt, oder muß ſich Eydbrüchig ſchelten laſſen. Iſt alſo ein heimlicher Bund,- Genoß einer ſolchen Conſpiration, die mehr auf Menſchen, denn auf GOttes Wort, ſtehet, und derhalben der Chriſtenheit nicht wenig ſchädlich iſt.* Qui furor impulit PHILIPPUM, ut non ita multo poſt ſcriberet *Orationem adverſus calumnias Oſiandri, reprehendentis promiſſionem eorum, quibus tribuitur teſtimonium doctrinae*, quae extat *T. III. Declam.* in qua, cum juratae promiſſionis ſummam retuliſſet, multis deinceps verbis illius de injuriis queritur: *Hanc noſtram conſvetudinem*, inquit, *reprehendit Oſiander, extenuat Symbola, poſtea dicit conſtitui tyrannidem, & ſeditioſas conjurationes, cum nolumus docentes a confeſſione noſtra diſſentire, item, cum non concedimus, ſingulos ἰδιοβελεύειν, & pronuntiare ſuo conſilio de novis controverſiis.*

§. XLI. De ipſo autem *Dei verbo* (e) prorſus e fanaticorum more loquebatur OSIANDER, ac diſputabat. Dividebat enim illud in doctrinam *poenitentiae* & *Evangelii.* Rurſus *Evangelium* partiebatur in *externum*, & *internum* Dei verbum. *Internum* denuo dividebat in id, quod in verbo externo *incluſum* ſit, & in *eſſentiale* Dei verbum. *Externum* definiebat, quod ſit vox, & ſermo *evaneſcens* in aëre, & ſtatim finem ſuum habeat, in quo tamen comprehenſum, *involutum*, & *abſconditum* ſit verbum *internum*, quod dicebat eſſe internam, & latentem notitiam, & cogitationem, quae verbo externo advehitur in corda auditorum. *Internum in Deo verbum* dicebat eſſe vivum, & aeternum DEI verbum

verbum, *JEſum Chriſtum, Dei Filium*, incarnatum, & ipſam divinam eſſentiam. Huic verbo per fidem habitanti in nobis tribuebat juſtitiam, & virtutem, hominem in peccatis mortuum vivificandi, mutandi, innovandi, & juſtificandi, h. e. juſtum faciendi. Propalavit has opiniones in CONSILIO NORICO, i. e. *im Nürnbergiſchen Rathſchlag*, quod ARNOLDUS *Parti IV. Haereſiol. ſuae* inſeruit, RATHMANNUS vero *im Bedencken über* D. Dieterici *Schwarm-Fragen*, A. 1624. denuo typis exprimi curavit. Ex quo infert CALOVIUS, *T. I. Syſt. Qu. 24. p. 696.* Rathmannum *Oſiandriſticis*, & *Weigelianis*, *ac Stencfeldianis*, erroribus infectum fuiſſe. De Verbo autem *praedicato*, & *audito*, ſcribebat OSIANDER in *Conf.* lit. D. 3. b. *Verachtets der Menſch, ſo bleibets ohne Frucht, und würcket nichts, ſondern lieget da, wie ein alter verworffener Schuch in einem Winckel.* Et in L. contra Menium: *Ich ſetze ein innerlich, und ein äuſerlich Wort, und ſage von dem äuſerlichen, es ſey eine Stimme, die in der Zuhörer Ohren verſchwinde, NB. das kan ja nicht GOttes Wort heiſſen, denn GOttes Wort wird nicht alſo zu nicht, wie die Stimme, die da auffhöret.* Conf. SCHLUSSELB. *in Catal. haeret. L. VI. p. 72. & 74.* & OSIANDER *ipſe in Libro: vom einigen Mittler. lit. D. 3. ſq.* Qua doctrina Evangelii miniſterio, ſeu *Vocali Dei Verbo*, quod ore proponitur, & aure percipitur, adimebat virtutem juſtificandi & ſalvandi, eamque tribuebat *interno Verbo, inhabitanti in Nobis.* Quod ipſum uti manifeſto erat fanaticum, ſic a JUSTO MENIO *Art. VII. l. B. 2.* HAMBURGENSIBUS & LUNEBURGICIS, *in Reſponſione ad Confeſſ. Oſiandri l. F. 1. 2.* aliisque, merito eſt notatum. ARNOLDUM vero, vel haec ſcripta non inſpexiſſe, vel ſtudio mentitum fuiſſe, oportuit, quod *P. IV. Haereſ. n. XLIX. f. 435.* ſcribit: *Es iſt bey dieſem Oſiandriſchen Streit ſehr merckwürdig, daß, ungeacht Oſian-*

 *der*

*der in der Lehre von dem innerlichen Wort GOttes gantz von den andern Lutheriſchen Predigern abgegangen, dennoch NB. nichts darwider hauptſächlich erinnert worden.*

§. XLII. (f) *Translationem* quoque *Bibliorum* Lutheri, ceu *obiter*, & *perfunctorie*, *factam*, non ſemel reprehendit. Nam, quum adhuc Norimbergae doceret, eandem, non ſine Bonorum indignatione, hinc inde vituperavit. Quod patet e quadam CASP. AQVILAE, Antiſtitis Saalfeldenſis, ad *Wencesl. Lincum*, Eccleſiaſten Norimb. epiſtola, cujus aliquam partem, ipſe olim, totam vero, una cum aliis, aliquot abhinc annis, VERPOORTENIUS, primus evulgavit. In hac AQVILA: *Aliud*, inquit, *audi: Superioribus diebus ſincero quidem animo Veſtrum Oſiandrum admonui de hac vocula* חֶסֶד, *cur praeciſe in tota Scriptura aſſerat, non aliter poſſe interpretari, quam beneficentiam, gratiam, Wohlthaten, Gunſt, cum Levit. XX, & Prov. XIV. it. XXV. Job. XXX.* חֶסֶד *non poteſt aliter transferri, quam perditionem, egeſtatem, ſeu ignominiam, quae quidem non cohaerent cum publico ſuo ſcripto, in libello, von Blutſchanden, ubi non ſine injuria noſtrum pium patrem, venerandum D. Lutherum, ſugillat in eo, quod ipſe Oſiander tonitruat, Levit. XX.* חֶסֶד *welches unrecht verdeutſcht wird, das iſt ein Blutſchand, ſondern ſoll und muß verdeutſcht werden, das iſt eine Genad, & reliqua tu lege. Te judicem & cenſorem hic ſtatuo de hac noſtra controverſia. Sentio ex ſuis ſcriptis ad me datis, Oſiandrum non parum eſſe commotum, ſcribit enim, ſe nondum poenitere ſuae ſententiae, ſi commodum arbitraris, ut rurſus ei reſpondeam, & confutem validis argumentis ejus opinionem, ſubindica quaeſo, & inſtructior prodibo in aciem, quoniam ipſe juſſit. Sed vale bene, 2. poſt Judica 1540.* Orto deinceps in Pruſſia certamine, quum eandem translationem opponi ſibi ab Orthodoxis videret, multo quoque gravius in eam inve-

invectus fuit. Sua enim in CONFESSIONE *lit. P. 1.* carpit eam, qua locum *1. Cor. I. Ich komme wieder*, inquit, *auf S. Paulus Wort, der ſpricht weiter, CHriſtus ſey Uns worden zur Weißheit von GOTT, wiewohl mans gemeiniglich verdeutſcht: Er ſey uns von GOTT gemacht zur Weißheit. Es iſt aber das Wörtlein, gemacht*, NB. viel zu tölpiſch zu dieſem Handel, *und wird niemand beweiſen, daß das Griegiſche* ἐγενήθη, *das Paulus gebraucht hat, allhier machen heiſt, ſondern, allein werden. Et lit. V. 2. Es ſtoſſen ſich auch etliche an den Spruch Pauli, zum Galat. V. da wir im Deutſchen alſo leſen: Wir aber warten im Geiſt durch den Glauben, der Gerechtigkeit, der man hoffen muß. Und ſchlieſſen daraus, daß uns die Gerechtigkeit erſt in jenem Leben eingegoſſen werde. Was ſoll ich aber hierzu ſagen? Es iſt NB.* ein grober greulicher Irrthum, *der warlich nicht zu leiden iſt, und hat doch ſeinen Urſprung aus eben dieſem Spruch Pauli, der in der Wahrheit unrecht, und NB.* ſehr übel *verdeutſcht iſt, und macht mir dieſer, und NB.* etliche andere Sprüche mehr, *die Gedancken, daß ich groß darüber verwetten dürffte, D. Luther wär nicht allemahl darbey geweſt, wenn man an der Bibel gedeutſcht hat.* Cumque aliquando Morlinus urgeret locum *Rom. V. 9.* in ſpurciſſimo libro, quem *Schmeckbier* inſcripſit p. c. b. ita reſpondit: *Es iſt viel eine andere Red, wenn man ſpricht: Wir ſind jetzo gerecht worden durch ſein Blut, (der Morlin ſagt,* cum Luthero nempe, *in ſeinem Blut; aber es iſt nicht recht,) und wenn man ſpricht, das Blut iſt die Gerechtigkeit ſelbſt. Denn die erſte Red iſt wahr, und iſt die Meinung: durch das Blutvergieſſen iſts erlangt, daß wir jezo, jezo ſagt Paulus, gerecht worden ſind - - - mich wundert aber, warum das Wörtlein* Ietzo *in allen Wittenbergiſchen Büchern iſt ausgelaſſen.*

§. XLIII. (g.) Reprehendit quoque in eo NVMBVRGENSIS, in Pruſſia, SYNODVS, apud WIGANDVM, quod doctrinam de tribus in DEO perſonis frigide tractarit, nec modo nullibi *diſcrimen Filii, & Spiritus S.* perſpicue agnoverit, ſed & de hujus perſona propemodum contemptim aliquando ſcripſerit: *ſi libet, adde Spiritum Sanctum.* Vereor autem, ne quid hic invidiae ſit datum. In Libro enim de *Imagine Dei* perſonarum diſcrimen ſatis perſpicue agnoſcit, quando l. C. 3. b. ſcribit: τὸ faciamus *Gen. I. 26. neceſſario intelligendum eſt de tribus perſonis, Patre, Filio & Spiritu S. in una ſimpliciſſima Deitatis eſſentia diſtinctis.* Et l. E. 1. b. dicit: *Inviſibilis Deus eſt Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Ergo Chriſtus eſt viſibilis imago inviſibilis Filii, ſive Verbi, & inviſibilis Spiritus Sancti.* Non memini quoque, hujus illum erroris ab alio quoquam inſimulatum fuiſſe. Hujus igitur illum ſuſpicione lubens abſolverim.

§. XLIV. (h.) De Filii autem Dei ἐνσαρκώσει perperam ſenſit, &, ut eandem propter redemptionem noſtram factam eſſe negavit; ſic eandem futuram eſſe credidit, etiamſi redemtio non eveniſſet. Id quod toto libro *de Imagine DEI*, multisque in eo rationibus, oſtendere eſt conatus.

§. XLV. (i.) De *Servatoris ſatisfactione*, ac merito, multum detraxit. Negavit enim, juſtitiam noſtram eſſe, quicquid Chriſtus ante XVII. Secula praeſtitit, implendo legem. Et in *Diſp. ſua* de *Juſtificat.* A. 1550. habita, th. 73. ſcripſit: *Glacie frigidiora docent, nos tantum propter remiſſionem peccatorum reputari juſtos, & non etiam propter juſtitiam Chriſti per fidem nos inhabitantis.* Vid. HARTKNOCH *L. II. c. 2. p. 317.* Imo vero *in libello c. Philippum*, juſtitiam peccatoris, conſiſtentem in remiſſione peccatorum, nominavit *novum idolum ab hominibus fabrefactum.* JO. POLICARIVS, P. & S. Weiſſenfelſenſis verba illa: Chriſtus noſtra eſt juſtitia,

expo-

expoſuerat de merito, & cauſa, quod nempe Chriſtus nobis promeruerit, & acquiſiverit juſtitiam. Osiander autem ita reſpondit: *Das heiſt ſo viel: Wenns gleich wahr iſt, daß Chriſtus durch den Glauben in Uns wohnend unſer Gerechtigkeit iſt, ſo wollen wir dennoch hinter ihnen her ſeyn, und mit dieſer erträumeten, falſchen, verführiſchen, und teufeliſchen Gloß ihnen Chriſtum wieder rauben, und ſtehlen, und ſagen: er ſey nicht anders unſer Gerechtigkeit, denn daß er uns Gerechtigkeit verdienet hab. Das kan doch ja ein teufeliſcher, durchteufelter, und überteufelter Hochmuth und verſtockte verzweifelte Boßheit ſeyn, im Schmeckbier lit. F. 4.* Hinc conqueruntur *Oſterrodenſes apud* Wigandum *p. 331.* quod doctrinam noſtram de merito Chriſti, *haereticam inſaniam, haereticos furores jam horribiliter graſſantes, & Spiritum Anti-Chriſti, qui venire debeat in mundum, 1. Joh. IV.* in ſcriptis publicis, in Diſputationibus, praefationibus, & alias, proclamarit blaſphemo ore.

§. XLVI. (k) *Peccatum omne*, beneficio Dei inhabitantis, *radicitus evelli poſſe docuit.* In *Confeſſione* ſua lit. D. ſcribit: *GOtt will durch Würckung ſeines Heil. Geiſtes die Sünde, ſo uns ſchon vergeben, aber doch in unſerm Fleiſch noch wohnet, und anklebet, abtödten, ausfegen, und gantz vertilgen, ſofern wir ihm nur folgen. Darum iſt nun der andere Theil des Amts unſers HErrn JEſu CHriſti - - - daß er uns gerecht mache, und die Sünde, ſo ſchon vergeben iſt, aber doch noch in unſerm Fleiſch wohnet, und anklebet, ſo wir in ſeinem Todt abſterben, in uns gantz und gar abgetödtet, und vertilget werde. Und das iſt allererſt der Handel unſer Rechtfertigung &c.*

§. XLVII. (l) Unionem vero Myſticam ita deſcripſit, ut *perſonali* nullam prae illa praerogativam reliquerit. Adſtruebat ſua in Diſputatione Osiander: *Deum ita habitare*

*tare in credentibus, ut in Chriſto habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.* Quod improbabat AEPINVS, & Socii, in *Reſp. Hamb. & Lüneb. ad Conf. Oſiandri l. L. 3. 4.* Oſiandriſta vero in *Confeſſ. cujusdam Chriſtiani*, quae anno 1552. Monteregii prodiit, his verbis alloquitur Servatorem: *Tu aſſumpſiſti humanam carnem, teque in meam naturam, absque ullo peccato, cum juſtitia tua in carnem noſtram tecum allata, NB. incorporaſti. Tu Te natura noſtra, ſed absque peccato, veſtiviſti, nosque viciſſim in tuam juſtitiam, in carnem noſtram allatam, nobisque ex mera gratia donatam, involviſti.* A cujusmodi formulis, cum ne ipſe quidem Andreas abſtineret, factum, ut *Deificationem* quandam hominibus tribuere videretur.

§. XLVIII. Idem m) de *Magiſtratu* docuit, tamdiu ei obtemperandum eſſe, quamdiu eundem Dei eſſe miniſtrum, conſtet. *Solius* enim *Dei eſſe imperia, & tantiſper homines tolerandos eſſe in gubernatione, donec ſint organa Dei. Cum non ſunt organa Dei, armis eos excutiendos eſſe.* Quam orationem merito & *ſeditioſam*, & *periculi plenam*, eſſe, exiſtimabat MELANCHTHON, *in Orat. cit.* quum eadem *Münzeri, Pfeifferi*, aliorumque Anabaptiſtarum vox fuerit.

§. XLIX. Viſus praeterea fuit n) *Exorciſmum*, in Eccleſia noſtra retentum, improbare. Vocabulum enim adjurandi idem eſſe docuerat, *als vom Lügen-Geiſt, dem Satan, einen Schwur begehren.* Qua quidem inepta interpretatione decepti duo in Thuringia Eccleſiaſtae, alter quidem *Merula, Diac. Goth.* alter vero *Petrus Fultnerus, Paſt. Waltersbuſ.* vocem adjurandi adhibere nefas putarunt. Prior igitur omiſit: Poſterior illam ſubſtituit: *Ich gebiete dir, du unreiner Geiſt.* Ea occaſione Jo. MENIVS ſcripſit pecul. librum *de Exorciſmo*, in quo eum retineri debere oſten-

oſtendit. Uterque tandem reſipuit, ac publice retractavit ſententiam. *Vid. Chr. Thur.* PFEFFERKORN. *c. XIII. p. 92.*

§. L. Fallor? an (o) *ſpem quoque meliorum temporum* ſomniavit? Saltem Papatus, & Urbis Romanae, excidium, tam praefidenter ſperavit, ut *annum* quoque eidem aſſignare non dubitaverit. *Cum numerabimus*, inquit, *a N. C. 1672. tum impendebit Papae, & Urbi Romae, fatalis interitus*, in L. de conj. ult. temp. *L. 1. 3.* Obſervemus autem h. l. vertiginis in eo Spiritum. Finem enim mundi futurum eſſe ſtatuit A. C. 1656. Papatus autem, & urbis Romae A. C. 1672. Numne vero Papatus, cum urbe Roma, demum XVI. poſt finem mundi, annis eſt exſcindendus? ſed nolumus his refellendis diutius immorari, quae a tempore ipſo jam pridem ſunt confutata.

§. LI. Denique (p) *Gradus Academicos*, quos ſic vocamus, habuit contemptim, & quos, honoris ergo, *Doctores* Theologiae nominare debebat, per contumeliam *Decoctores* dixit, *im Schmeckb. lit. B. 3.* Ritus ipſos, in conferendis honoribus adhiberi ſolitos, riſit, prorſusque exagitavit: *Eben deswegen*, inquit, *ſind ſie Magiſtri und Doctores, daß man ihnen ohn all Zeugniß der Heil. Schrifft glauben ſoll: Warum ſolten ſie ſonſt ſo viel Geld ausgeben? und warum ſolt er ſie mit Trummeln und Pfeiffen, wie die Bräut zum Doctorat führen? wenn er ihnen nicht das groſſe tapffer Anſehen ſolte machen, daß man ihnen ohne Schrifft ſolte glauben? Des zum Zeugniß nimmt man eine offene Bibel, ſchleuſt ſie zu, und giebt ſie ihnen in Arm, damit heimlich zu deuten, daß ſie nicht mehr Gottes Wort aus der Heil. Schrifft, ſondern ihre eigene Gedancken, aus ihren ſchwindelſüchtigen Köpffen ſollen ausgieſſen.* Vid. *Schmeckbier lit. A. 2. b.*

§. LII. Adjecit vero etiam (q) mores familiares fanaticis. Erat enim *ferox*, *inhumanus*, *faſtus*, *turgidus*,

*admirator ſui, aliorum contemptor, impotens, effrenis, iracundus, & dominandi cupidus, in adverſarios vero ſupra modum contumelioſus,* ut ULENBERGIUS eum deſcribit *l. c. p. 563.* Sigillatim ergo in eodem notamus (1) *effrenem maledicentiam,* & inauditam prope *convitiandi libidinem.* Nihil enim tam contumelioſe dici in quenquam poteſt, quod non ille, in obvios quosque adverſarios, plenis buccis evomuerit. MORLINUM, pro veritate propugnantem, hoc titulo excepit: *Wider den erlogenen, ſchelmiſchen, Ehrendiebiſchen* Titul, *aus* D. Joachimi *Buch, von der Rechtfertigung des Glaubens.* Ipſo in libello ſcripſit: *Es läugt* D. Morlin *mich und meine Lehre ſiebenfältig an, als ein loſer, leichtfertiger, unverſchämter Bube, Böſewicht, Schelm, und Ehrendieb.* Nec mitius reliquos, aetate, doctrina, meritisque, graves adverſarios, quibus ſuum iſtud *Schmeckbier* oppoſuerat, tractavit. *Boves, aſini, bubones, ſues, bubali, ſimiae, ſceleſti, nebulones,* erant, quotquot cum ipſo facere nolebant. Monuerat, & permodeſte quidem, JO. POLICARIUS, Juſtificationem noſtram non eſſe *Philoſophicam,* aut *Phyſicam,* prout quidem Oſiander conceperit. Reſpondet OSIANDER *im Schmeckbier* l. G. 2. *Es iſt wahr, ſie iſt nicht philoſophiſch, ſondern fantaſtiſch, närriſch, eſeliſch, püffeliſch, rültziſch, vilziſch, und was man mehr von ihr ſagen kan,* eo nempe modo, quo Policarius explicuerat. Adeo quidem perpetuum, & proprium, eſt fanaticis, Orthodoxos exagitare convitiis. ARNOLDUS, etſi hæc de Oſiandro diffiteri non poteſt *P. IV. Haereſ. f. 434.* per morem tamen temporum iſtorum excuſat, *es ſey damahls ſo Mode geweſen, P. II. L. XVI. c. 24. f. 345.* Quod ſi ad exauſandam Oſiandri maledicentiam ſufficit, non erit, cur ullius deinceps nefarii hominis fraudes & ſcelera notemus, quum nullo non tempore omnis generis vitia inter homines fuerint

graſſa-

graſſata. Scilicet, ut nunquam Arnoldo argumenta deſunt, quibus *bonos* & *Orthodoxos* Viros in ſuſpicionem adducat, ac vexet; ita nec colores, quibus adverſarios veritatis, maxime vero fanaticos, excuſet, & tanquam omnium mortalium innocentiſſimos ſiſtat.

§. LIII. Acceſſit (2.) *nocendi cupiditas*, & capitale adverſus diſſentientes *odium*. Nota vox eſt Andreae, quum ab adverſariis urgeretur: *Ihr habt den Hertzogen aus Preuſſen noch nicht gefreſſen*, quam improbat Gallus l. c. p. A. 4. b. Et illud apud Hartknoch. in H. E. Prut. L. II. c. 2. p. 353. *Drey A ſolten ſeine Lehre befördern, der Allmächtige, Albrecht der Hertzog, und Adam der Scharffrichter.* Gallus quoque ſuperioribus ſubiicit, ſuis ſe oculis vidiſſe literas a *Funccio*, aſſecla Oſiandri, hanc in ſententiam ſcriptas: *Qui nobis adverſantur, brevi erunt alii, aut peregrini.*

§. LIV. Imprimis vero (3.) peculiari quodam, & prope Vatiniano, in *Vittembergenſes* odio ſtimulabatur. Quod antequam, pro inſtituti ratione, exemplis confirmem, facere non poſſum, quin memorabile M. Seb. Froeschelii ſomnium ex libro ſupra laudato, *vom rechten Prieſterthum p. 12. ſq.* referam, quod & rarior ille libellus eſt, & fanatici ipſi hoc tempore ſomniis delectantur. Ita vero Froeschelius: *Hier kan ich auch nicht verſchweigen des Geſichts, ſo mir zu Oſiandri Zeiten erſchienen iſt, bey der Nacht im Traum, und alſo geweſen: Alle Theologi zu Wittenberg, als D. Martinus Lutherus, D. Pomeranus, Dominus Phil. Melanchthon, D. Caſp. Creutziger, D. Jonas, D. Förſter ſeelige, und alle miniſtri Eccleſiæ Vittembergenſis, verſammleten ſich zu Nürnberg, vor der Schulen zu S. Lorentzen, und gingen mit einander in einer Proceſſion, allweg zween und zween mit einander, in die Kirche S. Laurentii, zu der Predigt Oſiandri, und ſtunden forne im Chor, bey dem mittlern Altar; Als nun*

*Oſiander aufſtunde, zu predigen, trat er nicht auf den rechten Predigtſtuhl, ſondern in die Höhe, auf die groſſe Orgel, über den rechten Predigtſtuhl. Er hatte auch nicht Mann-Kleider an, und ein Chor-Rock drüber (wie da gebräuchlich geweſen) ſondern eitel Weiber-Kleider, als einen Weiber-Rock von güldenen Stücken, mit einem grünen ſammeten Boden, und auf dem Haupt gar ein perlene Weibs-Hauben, und in der lincken Hand ein offen Buch, und prediget alſo mit groſſen Geſchrey, und focht mit Händen und Füſſen, und mit dem Buch, darauf er offt ſchlug, mit der rechten Hand, und recket und ſtrecket beyde Händ weit aus, und hatte ein ſolche Geberde und Fechten und Schreyen, daß wir alle, ſo zuhöreten, uns des wunderten, und ſeiner lacheten. Zu morgens zeigete ich ſolch Geſichte dem Herrn Philippo Melanchthoni an, und bat ihn, er ſolte ſagen, was es bedeutete, er verwunderte ſich aber ſehr drüber, und deutet es, und legets alſo aus : Daß Oſiander in der Höhe von der Orgel geprediget hat, in köſtlichen Kleidern, als in einem güldenen Stück, und Perlen-Hauben, das bedeut, daß er hohe ſpeculationes hat, die einen ſchönen, herrlichen, prächtigen Schein hätten in der Kirchen für den Leuten, die ſich drüber verwunderten, aber es ſind, ſprach Herr Philippus, eitel weibiſche, unbeſtändige ſpeculationes, und nichts männliches und beſtändiges, ficht dazu, wills aus der Schrifft mit dem Buch beweiſen, aber es iſt nur ein Gewäſch und Weiber-Geſchrey, die ſehr ſchreyen und pochen, darauf man nicht viel gibt, ſondern lachet ihrer nur, und ſchütteln den Kopff und ſpotten ihrer darzu, wie denn die unſern gethan haben, als ſie ſolche Ungebärde von ihm geſehen haben, mit Fechten, Schreyen, Pochen und Trotzen, und darzu in Weibes-Kleidern in der Höhe auf der Orgel, denn ſolche Geberde und Kleidung haben gemeiniglich die Schwärmer-Geiſter, dabey man ſie lernet erkennen. Alſo hat mir der Herr Philippus*

*die-*

*dieſes Geſicht vom Oſiandro ausgelegt, und deſſelbigen ſehr offt und vielmahls gedacht, ſonderlich wenn man des Oſiandri gedacht hat: Und ſolch Geſichte vom Oſiandro iſt nicht von mir erdichtet, ſondern wahrhafftiglich mir alſo erſchienen, das darff ich ſagen und ſchreiben mit guten Gewiſſen.* Haec Fröschelius. Quae quoniam rem praeſentem quodammodo illuſtrant, minime omittenda eſſe putavi. Oſiander igitur, quod ſupra innuimus, magno in hanc Noſtram, nihil tale promeritam, odio exarſit. *Cujus* quidem *flammas inde ortas exiſtimat* Philippus in *Orat. adv. calumn. Oſiandri, quod Collegium Theologorum Vittembergenſium, monſtroſas illius opiniones, quas aliquoties Norimbergae genuerit, poſtulante Senatu, judicarit.* Alioqui enim vix quisquam ei ſeſe Vittembergae oppoſuerat, praeter *Philippum*, qui tamen, rogatus ab Alberto ſententiam, eandem tanta dixerat lenitate, ut ne ſuis quidem ſatisfacere videretur. Nihilominus plauſtra prope convitiorum in Eundem, & Academiam univerſam, Osiander conjecit. Hinc Philippus in Orat. cit. *Non ut Pericles*, ait, *tonat, & fulminat; ſed ut Cleon, aut Hyberbolus, arroganter, & impudenter, convicia, & calumnias coacervat.* Et *T. V. Epiſt. p. 341. Balticus,* inquit, *Gorgias rabioſiſſime ſcripſit contra Nos. Sed Deo juvante graviter reſpondebo; utrius auſus ex Deo ſit, oſtendet eventus.* Et p. 365. *E Pruſſia expectamus nova fulmina.* Idem queritur *L. II. epiſt. edit.* Peucer. p. 269. *Sciens,* inquit, *neminem Amicorum laeſi, ſed crudeliter in me Oſiander, & βλακικὸς ὄχλος, impetum fecerunt.* Et pag. 249. *Meo ſcripto moderatiſſimo Pruſſiacus Gorgias reſpondit atrociſſime.* Funccius quoque Vittembergenſibus infenſus, querebatur ſubinde, *quod male de ſe mererentur,* defendendo nempe Auguſtanam Confeſſionem, a qua ipſe, in gratiam Oſiandri, ſeceſſerat. Vid. Morlinus *in Hiſtor. certam. Oſiandr. l. D. 2.*

# CAP. II.
# DE PARALLELISMO PIETISTICO.

## SVMMVLAE CAPITIS:

§. I. Tranſitus a priore Capite ad poſterius. §. II. Pietiſtarum nomine quinam intelligantur. §. III. Cum Oſiandro faciunt, dum 1) ſtudium pietatis reducendae rebus novandis praetexunt. §. IV. 2) Theologiam Myſticam admirantur. B. Lutherus nos ſerio, & graviter, ab hujus ſtudio avocat. §. V. 3) Cabbalam evehunt. Buddeus & Zieroldus notantur. §. VI. 4) Tres hominis partes ſtatuunt. §. VII. 5) Sanctitatem mere Moralem, & Platonicam urgent. §. VIII. 6) Statum gratiae & gloriae confundunt. §. IX. 7) Fanaticiſmum fovent, & verbum quoddam internum, cum contemptu externi, ſtatuunt. §. X. 8) Theologiam noſtram, tanquam ſterilem, & nimis Philoſophicam, exagitant. Arnoldi crimen falſi. Zieroldi ſtoliditas. §. XI. 9) Compendia, Locos, & Syſtemata improbant. Chytraei de iisdem ſententia. §. XII. 10) Symbola rejiciunt. Thomaſii, Dippelii, & aliorum, adverſus ea furor. Joachim. Langius notatur. §. XIII. 11) Juramentum religionis damnant. Arnoldi, & Halenſium, ſiniſtrum de eo judicium. §. XIV. 12) Verſionem Bibliorum Lutheri carpunt. Arnoldus, & Trillerus, notantur. Salmuthii, Reformati, praeclarum de illa judicium. §. XV. 13) Articulum de SS. Trinitate impugnant. Arnoldus, & Halenſes, Patres Nicaenos a Chriſtianiſmo defeciſſe, ſcribunt. Eccii de eodem ſententia laudatur. §. XVI. 14) Imaginem Dei in forma Chriſti externa ponunt. §. XVII. 15) De fide perperam ſtatuunt. §. XIIX. 16) Unionem perſonalem in Chriſto cum Myſtica confundunt. Levinus, *von der geiſtlichen Ehe*, ſigillatim refellitur. §. XIX. 17) Incarnationem Chriſti in fidelibus ſtatuunt. §. XX. 18) Deificationem aliquam ſomniant. §. XXI. 19) Gradus Academicos improbant. §. XXII. 20) Spem meliorum temporum fovent. §. XXIII. 21) Doctrinam de Juſtificatione ſigillatim cum Oſiandro corrumpunt. §. XXIV. Errorem tamen immediate non ab eo, ſed aliis Enthuſiaſtis, accepiſſe videntur. §. XXV. Stenckfeldius cum Oſiandro conſentit. §. XXVI. Nec non Weigelius. §. XXVII. Novelli quoque Prophetae, Quackeri, Poiretus, & alii fanatici. §. XXVIII. Hos ſequuntur Pietiſtae magno numero. §. XXIX. Inprimis Dippelius, quod §. XXX. ſeq. usque ad XXXVII. eundo per omnia erroris Oſiandriſtici capita, demonſtratur. §. XXXVIII. Pietaſtrorum cum Oſiandro, etiam in moribus, conſenſus oſtenditur.

§. I.

§. I.

Vidimus Oſiandriſmum, ejusque praetextum, cauſas, errorum capita, mores denique & alia, cum eodem connexa. Reſtat, ut, quomodo haec omnia his temporibus per Pietiſmum renata, denuoque in ſcenam producta ſint, oſtendamus.

§. II. Illud autem initio monendum mihi eſſe video, quod hos omnes Pietiſtarum nomine intelligamus, qui, inde ab aliquot annis, ſub ſpecie pietatis Eccleſiam turbarunt, & mores hominum emendare, novis quidem, ſed parum licitis, mediis ſtuduerunt, ſeu de cetero eosdem ſemper errores foverint, ſeu non foverint. Ut enim nemo improbus propterea incipit eſſe *bonus*, quoniam altero *minus* eſt *malus*; ita etiam qui errores vel admiſtis veritatibus temperant, vel cautius ſaltem, & occultius proponunt, non deſinunt eſſe Novatores, & Sanctuli.

§. III. Magna vero hic ſeſe prodit utrobique convenientia, ſeu praetextum, ſeu cauſas, ſeu errorem ipſum, ſeu denique alia, eundem comitantia, ſpectes. Nam, quod (1) Oſiander novandis in Eccleſia rebus, idem, inde ab aliquot annis, Pietiſtae *obtentui* ſibi ſumpſerunt, *inſtaurationem nimirum veri Chriſtianiſmi*, & morum in Eccleſia emendationem. Oſiander, & ſocii, accuſabant Noſtros, quod renovationem a juſtificatione ſejungant, & tantum de remiſſione peccatorum, non autem ſanctificatione, doceant, eoque ipſo carnalem hominum ſecuritatem foveant. Eadem molitionibus ſuis Pietaſtri praetendunt, qui hominibus perſvadere conantur: *Der itzige Streit gegen die Pietiſten ſey einig und allein daher entſtanden, daß die Pietiſten nicht geſtatten wollen, das Evangelium komme den Sündern, bey ihrer Unbußfertigkeit, zu gute, wie die Leute von unſer Seits beredet würden.* Cujus quidem calumniae gravem aliquando Numini redden-

dendam rationem eſſe, B. D. SCHELWIGIUS, merito opinatur in *Piet. Sect. P. II. Art. XIV. n. 1. p. 2.* BALTH. KOEPKE, Praepoſ. Nauenſis in Marchia, in Theol. *Myſt. c. II. p. 134.* perinde, uti OSIANDER olim, accuſat noſtros, quod, *ſub prætextu arcendi fanaticiſmi, ſtudeant doctrinam de unione myſtica, & gradibus ſanctitatis, opprimere*, quam calumniam res ipſa, & omnium Compendiorum Theologicorum inſpectio, refellit. Sigillatim doctrinam noſtram de Juſtificatione ſtudium pietatis impedire, & impietati feneſtras aperire, DIPPELIUS clamat, in *Papiſmo Proteſt. vapul. p. 44.* *Die Succeſſores Lutheri*, inquit, *konten ihm leicht nachſchreyen, wie der Glaube allein gerecht mache, und die Wercke zum Heil nichts vermöchten &c. aber ihr Predigen gerieth dem armen Volck zur Sünde, und ihre vermeintes Evangelium wurde in der That des Teufels Gifft, wodurch er die Leute hauffenweiſe in ſeine Gemeinſchafft, und in ein ausgelaſſenes Laſter-Leben, zoge.* Et in L. c. Dn. D. Krackevvizium p. 17. ſcribit: *Es ſey eine Lehre, die dem Fleiſche den Weg bahne, nach ſeinem Willen zu leben, und doch auff Chriſtum zu hoffen. Von welcher auch Lutherus bekant, daß die Leute dadurch ärger würden.*

§ IV. Quam atrocem calumniam uti, ſuo loco, uſu ipſo, & exemplis rejecimus, ſic Nobis inquirentibus in cauſas concepti, fotique a Sanctulis, Oſiandriſmi multo ſeſe veriores, & propiores objiciunt. Oſiander olim delectabatur *Myſticis* ſcriptoribus, quod ſupra oſtendimus. Sed & recentiores fanatici nauſeant ad *Piſcatoriam* illam, & Apoſtolicam in docendo *ſimplicitatem*, maluntque cum Myſticis ἐμβατεύειν in iis, quae non viderunt *Col. II, 18.* quam cum Apoſtolo ὀρθοποδεῖν *Gal. II, 14.* Platonem, cui, quod nemo ſanus diffitebitur, origines ſuas Myſtica Theologia debet, quanti faciant Pietiſtae, ac ſigillatim D. SPENERUS,

&

& D. Zieroldus, B. Bucherus docet, in *Plat. Myſt. p. 2. ſq.* At D. Jo. Fr. Buddeus, de Καϑάρσει *Pyth. Plator.* A. 1701. publicata, negat, *Theologiam Myſticam* ideo eſſe rejiciendam, *quia cum Platoniſmo conveniat. Probandum prius eſſe, quod dogmata, & formulæ a Platonicis adhibitæ, ſint erroneæ. Quin ea, quæ Purgatione Platonici doceant, ſi recte intelligantur, neutiquam improbanda eſſe, adeoque recte a Myſticis Theologis retineri.* Vid. p. 18. 19. Imo p. 23. Purgationem Platonicam laudat, ceu *medium hominis uniendi cum Deo.* De Scriptoribus Myſticis Arnoldus ſua in Hæreſiol. *L. XIII. c. II. n. 12. f. 379.* præfidenter ſcribit: *Es ſey in einem Blat der Myſtiſchen Scribenten NB. ungleich mehr, als in allen groſſen Folianten der Scholaſticorum, und Syſtematum, Reſponſen, Conſilien, und Caſuum, zu finden.* Vitas quoque, & doctrinas, Myſticorum peculiari volumine eſt complexus. Quantum iis ceteri tribuant, quantum ex iis, in Eccleſiam invectis, commodi expectent, prolixe recenſet B. D. Schelgvigius, *in Piet. Sect. P. II. Art. IX. num. 11. 12. ſq. p. 9. 10. ſq.* At improbat hoc genus Theologiæ Lutherus, ab eoque nos omnes ſerio, ſolliciteque, avocat, his verbis: *Es haben ſich ihr viel bemühet, faſt viel Dings von der Myſtica, negativa, propria, ſymbolica, Theologia zu ſchreiben und zu ſchwatzen, wiſſen aber nicht, was ſie ſagen oder ſetzen, wiſſen auch nicht, was etwas ſetzen, oder nicht ſetzen ſey, oder wie es beydes zugehe, man* kan auch ihre Schrifften *und Comment* ohn Gefahr nicht leſen. *Denn wie ſie ſind geſinnet geweſen, ſo haben ſie auch geſchrieben, und wie ſie es gefület haben, ſo haben ſie es geredet. Sie haben aber das Wiederſpiel gehalten in der Theologia, die nichts ſetzet, das iſt, ſie haben weder den Tod, noch die Hölle geliebet, darum iſts unmöglich geweſt, daß ſie beyde nicht ſich ſelbſt, dazu auch ihre Leſer, ſolten betrogen haben. Dis iſt* Vermahnungs-

weiſe *geredt, darum daß beyde in Welſchen, und Deutſchen Landen hin und wieder geführet wird das Buch* Dionyſii *über die heimliche oder geiſtliche Theologia, das iſt nichts anders, denn ein lauter Gereitz der Kunſt, die ſich aufbläſet, und von ihr ſelbſt viel hält und rühmet, daß* ſich ja niemand wolte für einen geiſtlichen Theologum halten, *wenn er ſolches Buch leſe, verſtehe, lehre, oder ſich düncken laße, daß ers verſtehe und andere lehre.* Vid. Expoſ. Pſalm. V. Tom. III. Witteb. f. 139. a. Conf. *Diſſ. noſtra de Theol. Myſt. C. II. §. 17.*

§. V. *Cabbalam*, ut Oſiander olim, magnifaciunt, &, velut exploratum medium abſtruſiſſima quæque inveſtigandi, deprædicant. Singulis Ebræorum literis, neſcio quæ, myſteria tribuunt. ZIEROLDUS *in Introd. ad hiſtor. Philoſ. c. III. §. 24. p. 252.* ſcribit: *Es war der Alten,* i. e. *Maſoretarum, Lehr, daß die Ebræiſche Sprache Hieroglyphiſch und Symboliſch ſey, alſo, daß NB. ein jeder Buchſtabe und Wort, durch den Klang, und Figur, dem Verſtande etwas Geheimes vorſtelle.* Quæ quidem cum JAC. BÖHMII de *Lingva naturæ* ſomnio apprime conveniunt. D. JO. FR. BUDDEUS (hic enim illius ſeſe auctorem eſſe in *Catal. OO. Prof. Halenſ.* ipſe fatetur.) *T. I. Obſervat. Halenſ. Obſ. I.* eo usque progreditur, ut contendat, *Scriptores etiam N. Teſtamenti,* quos tamen Θεοπνεύςȣς fuiſſe conſtat, *multa e Cabbala Veterum hauſiſſe, & Orationem dominicam ſummam doctrinæ Cabbaliſticæ de X. Sephiroth continere, ejusdemque veſtigia in Epiſtola Pauli ad Coloſſ. & Apocalypſi reperiri.* Quam quidem ſententiam repetit, probatque, BRENDELIUS, fanaticiſmi non tam ſuſpectus, quam plane convictus, in *Poſtill. ad d. Virid. p. 509.* Comparentur *Introductio in Hiſt. Philoſ. Ebræorum, Halis 1702.* vulgata, nec non plurimorum fanaticorum ſcripta, quorum argumenta duobus fulcris, Cabbalæ, & Magiæ, inniti, jampridem obſervavit B. COLBER-

GIUS im Hermetiſch-Platoniſchen Chriſtenthum. P. I. c. III. Refutata vero invenies apud B. Bucherum, *in Luthero Antipiet. p. 74. & in Menſibus Pietiſticis* paſſim, nec non Paul. Bergerum *in Cabbaliſmo Iudaico-Chriſtiano*, quibus addi poterunt, ſi placet, Noſtræ *Vindic. Orationis Dominicæ* §. *IV. ſq.* nec non *Gründlicher Beweiß c. D. B. p. 42. ſq.*

§. VI. Oſiander olim non obſcure tres hominis partes ſtatuebat, Corpus, Animam, Spiritum. Statuunt etiam *Pietiſtæ*, & in hoc inſinuando, ac defendendo errore, usque adeo conſpirant, ut, licet eum Zieroldus illis per calumniam tribui clamet, tamen prope inter characteres illorum mereatur referri. Joach. Langius *in not. ad Synopſ. Phyſ. Comenii cap. IIX. p. 86.* Corpus, inquit, *habemus ex elementis conflatum, æque ut bruta;* Spiritum *habemus e ſpiritu Mundi, æque ut illa; ſed anima, ſeu* Mens *a Deo eſt.* Quod ipſum *Paganis per revelationem probabiliter conſtitiſſe, Chriſtianis vero per revelationem certo conſtare, exiſtimat.* Usque adeo, ſua ipſorum Confeſſione, *Platoniſmum* cum *Chriſtianiſmo* confundunt. Adſtipulatur tamen ei Brendelius *in Poſtillis Dom. Palm. p. 484.* his verbis: *Der Menſch iſt ein Tempel Gottes von* drey NB. Naturen, *nach Leib, Seel, und Geiſt - - fleiſchlich, geiſtlich, Göttlich. Arnoldi, Gottholdi, Lyſii,* aliorumque teſtimonia, vid. in Diſſert. noſtra *de ſtatu primi hominis* §. *XIII.*

§. VII. Oſiander olim ſanctitatem mere moralem, atque Platonicam, ad noſtri juſtificationem coram Deo, ſufficere arbitrabatur. Conſentiunt Novatores. Thomaſius in *Introd. ad Philoſ. Mor. p. 437.* contendit: Paulum non negare ſalvationem per *opera charitatis*, ſed per *opera hypocritica.* Conf. *U. N. A. 1706. p. 594.* Breithauptius ipſe Theologiam, ante lapſum, & poſt lapſum, unam eſſe docet, *quatenus utroque in ſtatu veritas religio-*

H 2 *nis*

*nis ſit fides per charitatem efficax, ſeu amor Dei ex toto corde*, quod revera eſt fidem aliquam legalem ſomniare, fideique nervum in charitate ponere, hujus denique ad juſtificationem concurſum, quicquid etiam hic oblatret Lysius, in *App. Synopſ.* ſeu *Diſcuſſ. cont. Schelgv. p. 4. 5.* inſinuare. Nec diſſentit Observator *Halenſis T. I. n. XIX. p. 298.* qui locum *Ebr. XI, 6.* a nobis ad refutandos Papiſtas infeliciter *torqueri* putat, quoniam auctor Epiſtolæ *noluerit fidem operibus opponere, quod fiat in Controverſia cum Catholicis, ſed fidem, & opera, unire.* Applaudit, more ſuo, Brendelius, *im Wachsthumb* p. 55. his verbis: *Durch den Haß der Sünden, und durch Liebe zur Tugend, werden wir unſern himmliſchen Vater zum Freunde behalten, und er wird uns diſtingviren. - - Endlich werden wir den Lohn der Tugend* (Apoſtolus fidei adſcribit, dicendo: *das Ende unſers* Glaubens) *davon bringen, und in Zeit, und Ewigkeit einen gnädigen GOtt haben.*

§. VIII. Oſiander, & ſocii, volebant olim Deum, etiam hac in vita, videre *in pelliceo aureo*, i. e. Majeſtate ſua. Idem hodie multi tum appetunt, tum expectant, Sanctuli. Volckmeyervs i. e. famoſus ille B. P. Carlius, *pro Arnoldo c. Gözium* p. 571. ſcribit: *Der arme Mann weiß aus Mangel der Erfahrung nicht, daß man* NB. auch ſchon in dieſem Leben *Chriſtum, das Wort des Lebens, mit inwendigen Augen, oder mit erleuchteten Augen des Verſtandes könne ſehen, und beſchauen, nach* 1. Joh. I, 1. *und ſolchen falls* ſchon hier *das ewige Leben ergreiffen.* 1. Tim. VI, 12. 19. Jo. XVII. 3. VI, 40. 53. *Welches Schauen aber nur denen eigen iſt, die da reines Hertzens ſind.* Matth. V, 8. *Darumb es nicht Wunder, daß der Götze nichts davon weiß, noch erfahren.* Hæc Carlius, cujus ab opinione non multum abeunt, qui hoc tempore *actualem vitam æternam*, etiam in regno gratiæ, fideli-

fidelibus aſſignant. Contra quos vid. *B.* Nevmanni *Diſſ. de Brabeo ante victoriam*, in qua merito Paulinum illud urgetur: *Salvi ſumus*, *utut* in ſpe. *Rom. VIII, 24. 25.* Nondum *enim* apparuit, *quid erimus*, *1. Jo. III. 2. quoniam hic* per fidem *ambulamus*, ἐ διὰ εἴδες, non per ſpeciem. *2. Cor. V, 7.*

§. IX. Fanaticiſmo autem quod Pietiſtæ laborent, ſi multis velim oſtendere, næ idem fuerit, ac ſi quis tempore meridiano, diem eſſe, data opera, cupiat demonſtrare. Nervus enim, & velut anima, fanaticiſmi eſt, trita illa, & in ſe bona, ſed peſſime detorta, & applicata, diſtinctio verbi in *internum*, & externum. Hanc Oſiander olim, nunc Pietiſtæ, inculcant, quod ipſius Speneri verbis oſtendit B. Bucherus *in Rathm. rediv. p. 19. ſq. p. 48. 49.* Arndium nempe ſuum ſequuntur, qui verbum internum nominat, *das verborgene Wort, das Zeugniß des verborgenen Geiſtes in uns, L. I. c. 6. Eine Göttliche Antwort. L. III. c. 15. Gottes Stimme in uns* l. c. idemque verbo externo, & Scripturæ manifeſte opponit, p. m. 416. Volckmeyervs, Arnoldi hyperaſpiſtes, *in Obſervation. c. Gözium*, quas ſuis cum *ſupplementis* Arnoldvs ipſe vulgavit, *p. 571.* Verbum *internum* accipit de Chriſto, & loca Scripturæ, magno interpretum conſenſu de verbo *externo*, & Scriptura S. intelligenda, utpote *Rom. I, 16. Jer. XXIII, 29. 2. Petr. I, 21.* de eodem interpretatur, imo vero eundem λόγε ἐμφύτε nomine *Jac. I, 21.* & *Rom. X, 6. 7. 8.* inſinuari, cum Stenckfeldio, Tremulis, & ceteris fanaticis, opinatur. Inſiſtit hujus veſtigiis novellus ille in Germania Quakerus Brendelius, qui vix quidquam crebrius, & enixius, quam *verbum internum*, & *Chriſtum in nobis*, crepat. In Poſtillis *Dom. I. Epiph. p. 251.* ſcribit: *Gleichwie das lebendige Wort* (Chriſtus externus) *von Zeit zu Zeit zunahm, alſo muß auch das* Wort des Lebens, *das in unſern Hertzen gepflantzet iſt, ſeine Zeit zum*

*Wachsthumb haben, biß wir endlich erkennen, daß es ſich rege, lebendig werde, und uns züchtige.* Et Dom. Miſeric. p. 597. *Setze dein Vertrauen auff den allein guten Gott - -* Sein Wort, *und Leben, wohnet in dir: Denn er hat ſein* lebendiges Wort *in dir gepflantzet. Dieſe Stimme höre, denn es iſt eine Hirten-Stimme* &c. Sic M. REISIG, P. Hohnſtein. in Comit. Schönburgico, ad Quæſtionem: *Wie kompt ein Menſch anfänglich zur Buſſe, wahren Glauben, und rechtſchaffen Weſen in Chriſto?* Reſp. *Wenn er dem* innern Worte Gottes, *oder* innern weſentlichen Lichte, (hem! lumen Quakeris decantatum!) *das alle Menſchen erleuchtet, die in die Welt kommen, und dem Trieb des Geiſtes Gottes nicht muthwillig wiederſtrebet, und* ſodann die Schrifft *andächtig lieſet,* &c. Conferantur vero de hac diſtinctione *Hamburgenſes & Luneburg. in ſolida, & nervoſa reſp. ad Conf. Oſiandri. l. F. 1. 2. ſq.* NIC. HUNN. *im Bericht von den neuen Propheten p. 76. ſq.* L. OSIANDER *jun. im Bedencken* c. Arndium, nec non Diſſertatio noſtra *de Verbo Dei ſcripto, c. Fanat.*

§. X. Theologiam, a Luthero acceptam, ac emendatam, velut nimis *Philoſophicam*, & jejunam, carpebat olim Oſiander. Carpunt nunc Novatores. D. BUDDEUS in Hiſt. Phil. Ebr. p. 136. Theologiam Syſtematicam apud Chriſtianos *fructum* eſſe dicit *Philoſophiæ Ariſtotelicæ.* JO. PHIL. ODELEM, *Phil. & U. J.* i. e. ut ipſe interpretatur, *inſaniæ* Doctor, ſomniis *Thomaſianis* ebrius, *in Apol. ſua Juridico-Politica*, nuper admodum evulgata, §. 3. Theologiam noſtram verius *Technologiam*, dici contendit, *poſteaquam illa veterem, moribusque gravem, Theologiam vanæ veſtierit Philoſophiæ frondibus, ea etiam hodiernorum Technologorum conditio ſit, ut Theologiam periclitari exiſtiment, niſi illam acutiſſimis Philoſophorum terminis, velut ſtipitibus, jamjam ſenectute caſuram fulciant, Plato autem & Ariſtoteles inter*

*Chriſtia-*

*Chriſtianos non tantum ut Catechumeni, verum etiam ut Doctores, ac ceremoniarum antiſtites, admiſſi fuiſſent.* ARNOLDUS doctrinam noſtram, tanquam mere *Scholaſticam & Ariſtotelicam*, omnibus probris inceſſit, &, quæ de corruptelis ejus ex Anglia fuerant Chytræo perſcripta, nec tamen omnino probata, hæc, familiari ſibi malitia, non modo tanquam a Chytræo in Epiſt. p. 1276. dicta, ſed & probata, refert, in *Hæreſiol. L. XVI. c. IX. n. 3. 4. ſq. f. 94. 97. ſq.* nec non, de *Orig. Theol. Myſticæ* paſſim. DIPPELIUS, ſua pro modeſtia, nominat *eine nichts-werthe Articul-Theologie, im Schild der Warheit p. 51.* & alias: *eine Philoſophiſche und Heydniſche Grillen-Theologie, die von der Einfalt, und Warheit des Evangelii abgefallen, und ſich mit ſelbſt erdichteten Worten delectiret.* Vid. *Unpartheyiſche Gedancken über D. Mayers Bericht von Piet. pag. 9.* ZIEROLDUS calumniatur, *ſyſtemata noſtra ad modulos Ariſtotelicos* adornata eſſe, in *Syn. Art. I. Th. I. p. 111.* Alio loco Theologiam noſtram *Scholaſtico-Terminologicam*, mendacius dicam, an ineptius? vocat. Imo *Introductioni* ſuæ ad hiſt. Philoſoph. integrum caput inſeruit, *vom neuen Scholaſtiſchen Chriſtenthum, und Nothwendigkeit des reinen Worts Gottes in der Evangeliſchen Lehre.* Quo quidem in capite facere non poſſum, quin obiter notem inſcitiam Theologaſtri, magna ſapientiæ opinione inflati, qui, quando Lutherus in ſuis ad amicos literis, Philippo exprobrat, quod *ſua ex Philoſophia omnia metiatur*, illud de *complexu diſciplinarum* intelligit, cum tamen vel lippis & tonſoribus notum ſit, *Philoſophiam Philippi* ſignificare *ſcrupuloſam conſiderationem cauſarum civilium*, ob quas trepidabat ſubinde, oblitus divinæ dexteræ, quæ vel momento poſſit mutare omnia. Sed nihil tam rectum, ſanumque, a quoquam ſcriptum fuit, quin

quin aliquando a Pietiſtis, ad palliandam, ſi ita placeat, ſententiam, trahatur.

§. XI. Oſiander improbabat olim *Compendia, Locos Communes, & Syſtemata* Theologica. Nunc improbant Pietiſtæ. OBSERVATOR HALENSIS T. I. n. XIX. de Scholis ante diluv. §. 12. p. 296. negat, *doctrinam Syſtematicam a Chriſto, vel Apoſtolis, inſtitutam eſſe.* ARNOLDUS l. c. Syſtemata omnia, & Locos Theologicos, rejecit. Cujus auctoritatem ſecutus ZIEROLDUS l. c. pariter in eosdem invehitur, ne ipſis quidem Chemnitianis, vel Gerhardinis, parcens. Quid SPENERUS, FRANCKIUS, ECKARDUS, alii, de iis ſenſerint, exhibet D. SCHELGVIGIUS *in Piet. Sect. P. II. Art. X. n. 20. ſq. p. 85. ſq.* Accedunt FRIDLIBIUS de Indiff. Rel. n. 8. 20. 50. VOLCKMEYERUS, & DIPPELIUS paſſim. ANT. WILH. BÖHME ab Ephoro deſiderabat: *Er möchte ſeinen Entwurff nicht ſo wohl nach unſern Syſtematibus, und andern* menſchlichen Büchern, (*Symbola notat*) (*denn ſo lange man durch dieſe* gefärbte Brillen *ſähe, würde man die lautre Warheit in ihrer rechten Geſtalt langſam erkennen,*) *die fehlen können, als nach der Schrifft beurtheilen.* Multo rectius D. CHYTRÆUS, exploratæ vir ſanctitatis, in *præf. Onomaſtici*, ſcribit: *Prodeſt omnes, qui in Schola elementa veræ de Chriſto doctrinæ docent, ad hunc ſcopum præcipue docendi labores dirigere - - ut ſummam, & corpus velut integrum, doctrinæ, quod ex certis S. Scripturæ teſtimoniis erudita methodo coagmentatum acceperunt, diligenter mentibus auditorum infigant.* Hæc Chytræus. Addatur omnino B. FECHTII eruditiſſima diſſertatio *de Syſtematica Scripturarum lectione*, nec non *Comment. noſter de Indiff. Relig. diſſ. II. §. 37. p. 180. ſeq.*

§. XII. *Symbola* olim promiſcue improbabat Oſiander, etiam Aug. Confeſſionem. Idem nunc faciunt Pietaſtri. D. MAJUS in Vindic. dicti, Luc. XIIX, 8. c. B. Pfeiffer.

p. 108.

p. 108. *Libris Symbolicis non magis opus eſſe, ſtatuit, quam novis revelationibus.* Boehmii ſuperciliosum de iis judicium modo attulimus. Thomasius *in defenſ. Poireti n. 12.* de Libris Symbolicis abjectiſſime judicat: num. autem 22. *quod*, inquit, *Confeſſionis A. auctoritatem attinet, non tenebitur multum Poiret, nec liquet, an ei faſces ſit ſubmiſſurus in omnibus: cum Scriptura, & ſana Philoſophia, plus praeſtent, quam Confeſſores, quibus forte accuratior Philoſophia non innotuerat.* Quantis idem intemperiis in Formulam Conc. debacchetur, videri poteſt in *Append. Apol. Germ. p. 269. ſq.* In *Obſervationibus Hallenſibus*, ad divina, humanaque omnia ſollicitanda, & laceranda, compoſitis, (quas tamen a *D. Buddeo*, perinde ut *a ſe*, ordinatas, ac directas fuiſſe, Thomaſius ipſe ſcribit) Symbola omnia promiſcue improbantur, & ſigillatim *Nicaenum* accuſatur, quod, *quatenus contra Arium, votis humanis definierit, controverſiam ad credenda reſpicientem, a primis Chriſtianorum moribus, & NB. Chriſtianiſmi principiis longe abierit, quatenus vero in factis, de celebrando paſchate, quid definire ſuſtinuerit, & Quartadecimanos pro haereticis declararit, eatenus NB. iterum in libertatem Chriſtianam tyrannicum imperium exercuerit.* Vid. T. II. Obſ. VIII. §. LXIV. p. 159. Arnoldus vix alio, quam *humanarum traditionum*, & jejunorum elementorum, titulo eadem dignatur, *in der Abbildung L. VIII. c. 20. ſ. 398. ſq.* in Haereſiologia vero, quod vel ex ſolo Centonis indice conſtat, deſcripſit illa, *als unnütz, irrig, und ohne praxi, unnöthig, ſchädlich, verwerfflich.* Quo nomine quum notatus a Cel. Zach. Goezio Oſnabrug. fuiſſet, *Volckmeyerus in Betracht. der Anmerckungen*, Arnoldi defenſione ſuſcepta p. 605. ita ſcribit: *Alle Formulae Concordiae, ſie mögen auch noch ſo orthodox geſchmiedet werden, können dennoch NB. nichts gutes ſtiffien.* Quod quidem abſurdiſſimum

judicium ipſa experientia confutat. Et p. 606. *Es iſt*, inquit, *ein rechtes Pabſtthum mit den Symboliſchen Büchern itzo bey den Lutheranern worden*, nempe, quia per eosdem, fanaticorum imprimis, licentia, coercetur. VOLCKMEYERUS ſigillatim ſymbolum *Athanaſianum* exagitat, idque accuſat, *daß darin die Gottheit mit einen Haufen Philoſophiſchen Einfällen und Kunſtwörtern aus und abgemeſſen.* Praeluſerat his SPENERUS *in der Freyheit der Gläubigen*, utcunque titulum *humanarum traditionum* excuſare ſtuduerit, *in der Ubereinſtimmung Art. prælim. th. 10. p. 76.* Quem alii ſecuti, auctoritatem Librorum Symbolicorum varie ſolicitarunt, de quibus Vid. D. SCHELGVIGIVS *in Piet. Sect. Art. X.* Nec dum reſipuiſſe illos, Argentinenſes Sanctuli docent, quibus D. ZENTGRAFIO *teſte*, *im Bericht p. 216.* Libri Symbolici dicebantur *Götzen: erſchreckliche* traditiones &c. LANGIVS, P. Halenſis, hic tantum non dictatoriam ferre ſententiam audet. Breckling, ait, *hat recht, wenn er die Pſeudo-Orthodoxos beſchuldiget, daß ſie die Augſp. Conf. wie die Iſraeliter die eherne Schlange zu ihrem Abgott machen.* Vid. T. II. Obſerv. c. *Unſch. Nachr.* Obſ. II. p. 33. Et poſt aliqua: *Manche ſetzen ſie mit Worten dem Worte Gottes zur Seiten, mit der That aber, gar über Gottes Wort, indem man ſie zur Norm und Regul der Heil. Schrifft machet* &c. Pagina vero 107. dubitat, *daß die* Auctores LL. Symbol. *von allen berühreten Vorurtheilen ſolten frey, und dargegen mit allen ſpecificirten* neceſſariis ſubſidiis *gantz hinlänglich ſolten verſehen geweſen ſeyn.* DIPPELIVS eo nomine gloriatur, *daß er die Scheidewand der Symboliſchen Satzungen zerriſſen, in den Unpartheyiſchen Gedancken p. 10.* Inſtitutum talia condendi a Papa, & Diabolo, cum Arnoldo, arceſſit, *im Schild der Warheit c. V. p. 48. & 55.* nec dubitat ſcribere: *Die Augſpurgiſche Confeſſion habe Teufels-Lehren, im Bericht* c. Halenſes

lenſes

lenſes p. 72. Tandem execrabili furore in hæc verba erumpit: *In den Symboliſchen Satzungen iſt juſt das allerſchlimſte, und die* rechten excrementa der Lehre Lutheri *enthalten.* Oſiander olim *Lutheri Catechiſmum* ejicere, ſuumque ſubjicere laborabat. PETERSENIVS, novo quodam, eoque ad Tremulorum palatum attemperato, Catechiſmo Eccleſiam oneravit, quo de vid. D. SCHELGVIGIUS *l. c.* Quid Novatores in Sileſia, & alias, hac in re moliti fuerint, meum nunc non eſt pluribus ediſſerere. Quibus interim argumentis reprimi, refellique adverſariorum calumniae debeant, vide in Diſſ. noſtra de *Auct. LL. Symb. Indiff. Relig. adjecta.*

§. XIII. Oſiander improbabat olim *juramentum religionis*, ſeu, quod jurejurando Symbolis fidem obſtringimus. Improbant etiam Pietiſtae. SPENERUS peculiari libello, *wider den Hamburgiſchen Religions-Eyd*, quantum in eodem deſideret, aperuit. Plura exhibet B. D. SCHELGVIGIVS *l. c. Art. IX. n. 2. & 3.* ARNOLDUS, Coetus Lutherani propudium, quum LL. AA. Magiſter hac in Academia creandus eſſet, juratam quidem fidem Symbolis addixit, poſtea vero *in der Abbildung L. VIII. c. 20. §. 20.* nec non in *Hæreſiol. L. XVI. c. 18. n. 6. f. 208. ſq.* & alias, ſimpliciter rejecit, muniisque publicis admovendus in ea jurare noluit, & a jurandi neceſſitate peculiari ſe artificio, quod conſtat, exemit. Improbat quoque juramentum illud THOMASIVS in App. Apol. & D. STRYKIVS jun. palam ſtatuens: *Der* Religions-*Eyd ſchicke ſich vor keinen Chriſten*, nec non DIPPELIVS *im Oel und Wein p. 74.* & *im Schild der Warheit c. D. Krakew. p. 48.* Sanctuli Argentinenſes juramentum religionis vocabant, *einen Eyd ſchwören auff die verkehrte Menſchen-Satzungen, welches eine gewaltige Stütze Babels ſey, weil dadurch viel Göttliche Warheiten, und Kin-*

*der Gottes verdammet würden*, apud B. D. ZENTGRAF. *im Bericht p. 59.* Sic KLEINIUS, paedagogus aliquis *in* Orphanotroph. Halenſi, palam contendit, *das Ordiniren, und Eyd ſchweren auff die verkehrte Menſchen-Satzungen der* LL. Symbol. *ſey ein Mahlzeichen des Thiers, und in den* LL. Symbol. *würden viel Göttliche Warheiten verdammet.* Vid. *Anmerckungen über die Verantw. der* Theol. Fac. *zu Halle p. 107.* Conſentiunt HORCHIUS in Eccho l. A. 2. B. LANGIUS Halenſis c. *Unſch. Nachr.* & VOLCKMEYERUS c. Gozium ll. cit. LANGIUS vero, Eccl. Prentzlav. Inſpector, in reſp. ad Epiſt. D. M. STORRII, Symbola ceu teſtimonia doctrinae admittit, ceu normas doctrinae improbat, moremque homines ad illorum cuſtodiam per jusjurandum obligandi, ſimpliciter damnat. Cujus tamen cavillationibus An. 1701. Celeberr. Dn. SEB. EDZARDI oppoſuit *Vindicias LL. Symbolicorum*, quibus jungi poteſt, ſi placet, *Diſſertatio noſtra de Auct. LL. Symb. Aph. V.* nec non *M. Menckenii Diſſ. de juſtitia jur. relig. Lipſ. A. 1712.*

§. XIV. Oſiander olim reprehendebat *Translationem Bibliorum Lutheri:* reprehendunt nunc Sanctuli. Exempla vide in B. D. MAYERI *kurtzen Begriff von Pietiſten*, nec non *in der Warnung an die Schwediſche Studenten.* Conferatur *praefatio in Biblia, Stadae* impreſſa, quam notat B. BUCHERUS *in Luth. Antipiet. p. 68.* nec non Biblia *Studtgardiana*, de quibus conſulantur *Auctores der unſchuldigen Nachricht.* ad A. 1707. p. 604. Imo vero REIZIUS, & TRILLERUS, cum D. Lutheri Verſio ad palatum non eſſet, peculiarem ſibi ſuperioribus annis adornandam eſſe putarunt. Quae tamen utraque tam inepta eſt, jejuna, & frigida, ut, utri interpretum, Luthero, an fanaticis, ſpiritus veritatis, in opere translationis, affuerit, ex utriusque comparatione facile pateat. Exempli gratia locum *Rom. XII. 7. 8. 9.* TRILLERUS

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198966-p0072-4

LERUS ita reddidit: *Entweder Vorbringung, nach der Deutligkeit des Glaubens, oder ein Amt, in dem Amt, oder einer, der da lehret, der iſt in der Lehre, oder einer der vermahnet, in vermahnung, welcher eintheilet, in Auffrichtigkeit, der ein Vorſteher iſt, in Embſigkeit, der ſich erbarmet, in Freymüthigkeit: Die Liebe iſt ohne Falſchheit* &c. Alibi verba prorſus barbara, necdum exaudita Germanis, adhibet, utpote: *Ungeſetzlichkeit*, Matth. VII. 23. *Das kennerliche Gottes* Rom. I, 19. *Der untereinander Glauben*, ibid. v. 12. Et tamen, ſuam in translationem praefatus non dubitavit ſcribere: *daß in Lutheri Verſion, NB. in den vornehmſten Stücken, worauff der Seelen Seeligkeit beruhet, ſich offt ein gefährlicher Irrthum hervorthue.* Cujus tamen rei mendaciſſimus homo, provocatus licet ab auctoribus *der unſch. Nachricht.* An. 1703. p. 578. necdum fidem facere, vel allegare exempla, potuit. ARNOLDUS in praef. *von Geiſtreichen Predigten*, allegatis Scripturae locis, non utitur verſione Lutheri Germanica, ſed ſua: v. g. *Mein Wort war nicht in überredenden Worten menſchlicher Weißheit.* It. *Wir lehren nicht in erlerneten Worten menſchlicher Weißheit, ſondern in erlerneten Worten des Heil. Geiſtes.* 1. Cor. II, 5. 13. Idem ſua in *Sophia*, quam vocat, dicta Scripturae pro lubitu ſuo reddidit, & aliquot abhinc annis, cum *Supplementis Fabularum Eccleſ.* quædam Scripturæ loca præmittere vellet, maluit ipſe parum feliciter reddere, quam Lutheri translationem ſequi. Itaque illud *1. Petr. III, 12.* ita expreſſit: *Wer iſt der euch böſes thun wird, ſo ihr des guten Nachfolger werdet - - Fürchtet euch aber nicht vor ihrer Furcht, und werdet nicht verwirret.* Quaſi vero cum ſanctitate interpretis pugnet, idiotiſmum Spiritus S. reddere idiotiſmo ſermonis patrii. Idem fecit *Pietiſticus auctor* execrabilis Libelli *von der wahren Rechtfertigung eines armen Sünders vor Gott, Lipſiæ ſumptibus Jo. Frid. Königii*, non ſine

Urbis illius dedecore, impreſſi. Sigillatim cum Oſiandro carpunt eam in locis, quibus agitur de Juſtificatione. Sic TRILLERUS *in der Unterſuchung etlicher Oerter des N. T. p. 223.* cum Luthero depravationem textus *Gal. II, 16.* exprobraſſet, adductis ejus verbis: *Ich weiß wohl, daß das Wort,* Allein, *nicht im Griechiſchen ſtehet, es ſoll aber dennoch da ſtehen, und ſoll der Teufel ſelbſt es nicht auskratzen:* hæc ſubjicit: *o theurer Luthere, es wird der Teufel dieſe Wort gerne ſtehen laſſen, und eher darüber jauchzen, als betrübt ſeyn.* Clarius etiam DIPPELIUS *im Schild der Warheit p. 7. Lutherus hat in ſeiner Verſion NB. durch Verdrehung des Textes Phil. III, 8. 9. den Grund zur Lehre von der imputation geleget.* Et p. 8. *Ich werde nicht wieder die Warheit ſündigen, wenn ich ſage, daß er auch nach dem Sinn des Auguſtini die Bibel reformiret, wenn er in ſeiner Uberſetzung NB. die Sachen pro lubitu gedehnet, wie ſie ſich am beſten zu ſeinen hypotheſibus ſchicken wollen &c.* Sed vel Reformatus aliquis furores hominis retundat. Ita enim JO. SALMUTH. *Eccl. Amberg. in der erſten Jubel-Predigt, A. 1617. pag. 58. Gott hat die Heil. Bibel in unſere deutſche Mutterſprache durch Lutherum überſetzen, und verdolmetſchen laſſen, und ſolches ſo deutlich, und verſtändlich, daß ſolche Dollmetſchung an ſtatt eines Commentarii, und Auslegung ſeyn kan, da zuvor ſowohl in lateiniſcher, gewöhnlicher, als in deutſcher Dollmetſchung offt und viel verſtoſſen geweſen.*

§ XV. Oſiandrum, a ſuſpicione *negatæ Trinitatis*, ſupra abſolvimus: Pietiſtas, non poſſumus. ARNOLDUS *in Hæreſiol. P. I. L. I. c. V. n. 8.* item *L. IV. c. III. n. 6. f. 146. c. IV. n. 12. f. 151 c. VII. n. 13. f. 177. & n. 20. ſq. f. 180. ſq.* omnes Veteris Eccleſiæ, pro hoc tuendo myſterio, labores, ſtudia, conatus, ridet, improbat, explodit, cauſatus, *die erſten Chriſten hätten von der Gottheit gantz anders geredt, als man*

*hernach aus Menſchen-Satzungen angefangen: Sie hätten nichts von den Worten:* Dreyfaltigkeit, Perſon, ὁμοέσιος, *u.ſ.m. gewuſt. P. I. f. 50. 51.* quum tamen in fictitiis *Clementis Romani recognitionibus*, quas & pro genuinis agnovit, & germanice reddidit, ARNOLDUS, *p. 77. & 230.* vox *Trinitatis* ῥητῶς inveniatur. THOMASII de Trinitate monſtroſas ſententias pridem B. ROTHIUS notavit, & ad orcum, unde promanarant, remiſit. OBSERVATOR HAL. *T. II. Obſ. VIII. §. 64.* Patres Nicænos *tyrannidis*, & *a Chriſtianiſmi principiis defectionis*, impie accuſat. POIRETUS, cujus lectione Sanctuli mirifice delectantur, myſterium hoc pro ludibrio habet, *geniumque Socratis, Spiritum Chriſti* fuiſſe, aſſerere non dubitat. BRENDELIUS, uti Poireti, & Quakerorum, veſtigiis inhæret; ſic perſonas in Deo fœdiſſime confundit. Primo quidem *Patrem* cum *Filio*, quum ſcribit: *Gott hat ſich in Chriſto offenbahret, Er war das Ebenbilde ſeines Vaters. - - - Jeſus will ſo viel ſagen: der Vater iſt in mir, als der unſichtbare GOtt: Doch hat er ſich durch mich* NB offenbahret im Fleiſche. Vid. Poſt. p. 608. 609. Deinceps *Filium* cum *Spiritu S. Der Menſch ſpricht ihm innerlich das Gericht durch den ewigen* Geiſt, *oder das ewige* Wort, *welches er in ſich nur zu ſeiner Warheit hält und empfindet.* ZIEROLDUS probat ſententiam eorum, qui tres priores *Sephiroth*, ex *En-Soph* in Ebræorum Cabalah, de tribus in Deitate perſonis, intelligunt, in *Introd. ad Hiſt. Philoſ. c. III. §. 38. p. 358. ſq.* merito ſuo caſtigatus BÜCHERO *in Luth. Antipiet. p. 74. ſq.* VOLCKMAYERUS, l. c. p. 584. de *Patre, Filio, & Spiritu S.* ita diſputat, ut quemlibet Sociniſtam Confeſſioni ejus aſſenſurum putem. *Wer das glaubet*, inquit, *und bekennet, daß die 3. in Gott eine Einigkeit haben, bedarff im übrigen der Wörter, Perſonen, Dreyfaltigkeit, Selbſtändigkeit, nicht, welche die herrſchſüchtige Cleriſey bey zunehmenden*

*menden Abfall, von dem Leben, und von der Einfalt Chriſti, unter ſo vielfältigen Zancken, und Haſſen, durch die vermeſſene Vernunfft erſonnen, und darinn die Seeligkeit geſetzet hat, als wenn dieſelbe auff Sagen, und Meinungen beſtehen müſſe.* Quibus verbis, more familiari fanaticis, Symbolum Athanaſianum pungit, ad quod exagitandum cum Arnoldo, Thomasio, Dippelio, reliquis, mirifice conſpirat. Dippelius negat, συναΐδιαν perſonarum ex Scriptura probari poſſe, *im Glaubensbek. p. 14.* mox ſubordinationem quandam perſonarum in divinis admittit, quia Pater major ſit Filio, *pag. 16.* Contra *B. D. Mayerum p. 31.* ita ſcribit: *Die Homouſianer haben es dem Schwärmeriſchen Schuſter, dem Jac. Böhmen zu dancken, daſs aus ihren ſelbſt erdachten terminis noch ein guter Sinn kann gezogen werden. Denn dieſer hat das Geheimniſs erſt eingeſehen, und mit ſolchen terminis erkläret, die der Heil. Schrifft gemäſs ſind; da ſonſt ihr gantzer Kram wohl eine heydniſche Schul-Pedanterie geblieben wäre.* Scilicet, Thomſii, Dippeliique, judicio, *pedanticum* eſt, credere *tres in Deitate perſonas*, qua de cauſa Symbolum quoque Athanaſii ipſis *pedanticum* nominatur, quia nempe a Pedantis aliud, quam mere Pedanticum judicium, expectari non poteſt.

§. XVI. *Oſiander* olim docebat, Adamum ideo dici ad imaginem Dei conditum, quia creatus ſit ad illam imaginem, ac formam, ſub qua Dei filius, vel Patribus in Vet. Teſtamento, vel etiam in ipſa carne, apparriturus fuiſſet. Idem ſtatuit Joach. Christoph. Levin *von der Seeligkeit der Geiſtl. Ehe p. 15.* dicitque, *Matth. XXII. 2.* Filium Dei propterea nominari ἄνθρωπον βασιλέα, *weil er das* Original *ſey, nach welchem der erſte Menſch, Adam, zum Bilde, und König über ſo viele Creaturen erſchaffen worden,* Gen. I. 26.

§. XVII.

§. XVII. Oſiander olim exiguam *fidei* rationem habebat, eandemque non modo a *pœnitentia* excludebat, ſed & hominem juſtificare negabat. Pietiſtæ verbotenus fidem ad pœnitentiam requirunt: reapſe excludunt, fundamentum ejus non in promiſſionibus Evangelicis, ſed amore Dei, & proximi, odio, & contemptu ſui, ut THOMASIUS loquitur, nervumque, non in *fiducia*, ſed *obedientia* cum Weigelio, collocantes. Hinc FRIDLIBIUS deſcribit veram fidem: *Es ſey eine Veränderung der ſündlichen Natur in das geiſtliche Weſen: die Herrſchafft über die Sünden: Veränderung des Menſchlichen Hertzens, und Willens.* DIPPELIUS ſtatuit: *es ſey nichts anders, als eine Tödtung des alten Adams, und eine völlige Ubergabe, und Verläugnung alles deſſen, was wir nicht in Chriſto finden.* Vid. *Wein und Oel. p. 166. 169.* ZIEROLDI, in definitione pœnitentiæ, lapſus, BUCHERUS, *in Luth. Antip. p. 96. ſq.* notavit. M. REISIG *Paſt. Hohnſtein.* in quæſt. Catech. fidem eſſe dicebat *die gäntzliche Ubergebung in JEſum, daß man ſich ſeiner Würckung überlaße, und den eignen Willen verläugne, oder der Glaube ſey der Sieg, ſo die Welt überwunden.* 1. Jo. V, 4. ne minima quidem meriti Chriſti mentione injecta.

§. XVIII. *Oſiander* olim Unionem perſonalem cum Myſtica confundebat. Confundunt nunc *Pietiſtæ.* Siſto in exemplum JOACH. CHRIST. LEVINUM, quendam in Marchia Brandenb. Paſtorem, qui, edita ſuperiore anno concione, *von der Seeligkeit der Geiſtl. Ehe*, parabolam, *Matth. XXII. 2. ſq.* de *Conjugio perſonali* accipiendam, ad *Conjugium Myſticum* infeliciſſime detorſit. Per ἄνθρωπον enim βασιλέα non intelligit *Deum Patrem*, quæ alioqui omnium interpretum ſententia eſt; ſed ipſum *DEI Filium*, *nach dem Weſen ſeiner ewigen Geburth*, i. e. ſecundum *divinam* naturam. Quo pacto autem non *Rex* ſuo *filio*, ſed *filius ſibimetipſi*,

*metipſi*, nuptias apparaſſet. Per *filium Regis*, eundem Chriſtum intelligit, quatenus eſt natus e Virgine, i. e. ſecundum *humanam* naturam. *Denn der Menſch, der König, Gottes Sohn, hat wiederumb* υἱὸν αὐτὸν, ut legitur p. 17. i. e. *einen ſelbſteignen Sohn, einen ſonderbahren Sohn.* Quo autem ſenſu Chriſtus homo, *filius Filii Dei proprius*, ſuipſius filius, *ſein ſelbſteigener Sohn*, nominatur? Reſpondet *Levinus*, quia eum crearit, & in utero matris formaverit. At omnes *tres in Deo perſonæ*, vi communis omnipotentiæ, ad Chriſtum hominem creandum in utero concurrerunt: non igitur Chriſti unius, ſed *Patris, Filii, & Spiritus S.* filius erit. Et quia *Spiritus S.* hoc in negotio, virtutem ſuam ſigillatim oſtendit, ſequeretur, *hujus* potius, quam *Filii*, proprium dicendum filium eſſe. Denique, ſi Filius Mariæ eſt, ac dicitur Filius Dei, *non ob perſonalem unionem*, vel in ὑπόςασιν Filii Dei aſſumptionem; ſed potius *ob creationem*, tum id demum propullulabit, inter hominem Chriſtum Jeſum, & inter homines vulgares, nihil diſcriminis intercedere, quum ob creationem Adamus, & omnes ejus poſteri, dicantur, & dici poſſint, Filii Dei. *Luc. III. ult.* Atque ut in examine pergamus, ſi is, *qui* nuptias *apparat*, eſt Chriſtus, ſecundum *Deitatem*, is, *cui apparantur*, eſt Chriſtus ſecundum *humanitatem*, quamnam conſtituemus ſponſam? Numne datur conjugium ſine nupta? Dices: Eſſe animam fidelem. Sit ita: Verum tali modo ſequetur, Chriſtum, excluſo Patre & Spiritu Sancto, eundemque ſolum, ut hominem, non vero ut DEUM, cum anima hominis copulari, quod eſt falſiſſimum. Deinceps homines non ad totam οἰκονομίαν gratiæ, per incarnationem Filii DEI partam, ſed ſolum ad unionem myſticam, invitandos eſſe per ſervos. Tertio, eosdem eſſe & *Sponſam*, & *hoſpites ad nuptias vocatos*. Denique tum bonos, tum malos, myſticæ unionis

fieri

fieri compotes, quoniam utriusque generis veniſſe dicuntur ad nuptias. Usque adeo idiota ille Myſticus intelligendo fecit, ut nihil intellexerit.

§. XIX. Oſiander olim de *Unione Myſtica*, tanquam de ἐνσωματώσει aliqua, diſputabat. Idem nunc faciunt Pietiſtæ, quorum omnium nomine, certus de conſenſu, fatetur DIPPELIUS, *in Unpartheyiſchen Gedancken c. Mayerum p. 32. Geſcheide Pietiſten ſagen: Chriſtus müſſe in allen Menſchen gebohren werden in der neuen Creatur, die durch ihn wollen ſeelig werden, nach Anzeige der Schrifft.* Quod poſterius uti omnino falſum, ſic illud multo certiſſimum eſt, opinionem illam a WEIGELIO acceptam, per ARNDIUM vero imprimis diſſeminatam fuiſſe. Hic enim ſcribit: *Wie Chriſtus iſt durch den Heil. Geiſt im Glauben von Maria leiblich empfangen, und gebohren, alſo muß er in mir geiſtlich empfangen, und gebohren werden, er muß in mir geiſtlich wachſen, und zunehmen.* Quæ repetit *l. III. c. 2.* Eadem vero docuit olim GUIL. POSTELLUS *de ultima nativitate Mediatoris*, obſervante *L. Oſiandro im Bedencken von Arnds Büchern, vom W. C. p. 91. ſq.* Nihilo autem melius de hoc argumento BRENDELIUS *im Wachsthumb* p. 423. docet, cum ait: *Die Gläubigen müſſen durch die Jeſus-Empfängniß ſeiner Geſtalt* (de qua paulo ante p. 417. dixerat, *ſie ſey eine* forma informans, *die Leben und Weſen gebe;*) *ſeines Fleiſches, und Bluthes theilhafftig werden, wie er NB. unſerer Geſtalt, und unſers Fleiſches und Bluthes theilhafftig worden. Und ob er gleich nicht offenbahr iſt, ſo kan doch ſeine Würckung in der Seele geſühlet werden.*

§. XX. Oſiander olim *Deificationem* aliquam hominum ſomniabat. Nunc ſomniant Platonizantes *Fanatici*. Pythagorici enim primo, deinde Platonici, multa diſſeruerunt, de ſummo hominis bono, quod ſtatuebant in

eo eſſe, ut Deo ſimilis fieret, ac tandem etiam Deus. Quam in ſententiam etiam Pythagoras aureum ſuum carmen finit: *Corpore depoſito vacuum ſed in aëra poſtquam veneris, exiſtes immortalisque, Deusque.* Horum formulas imitati ſunt Patres, ante mota certamina ſecurius, quam decebat, locuti. Pro veritatibus autem, extra controverſiam ponendis, venditare cœperunt Pſeudo-Myſtici, & ſigillatim *Stencfeldius*, qui ſubinde aliquam Deificationem crepabat, *Wigando* teſte, *in Hiſt. Schwencfeld. p. 385.* BOEHMIUS *in Aurora c. XXII. §. 46.* ſcribit: *So du heilig lebeſt, ſo biſt du ſelber Gott, nehmlich der hochheilige Gott in ſeiner Dreyfaltigkeit.* ARNOLDUS autem, fanaticorum omnium Choragus, in hæc verba prorumpit: *Gott wird mit unſerm Verſtand, und Willen ein Geiſt, in des Weſens Einigung.* Item: *Dein Weſen hat in mir ſelber den gantzen Tempel-Leib erfüllet. Ich muß in dir* vergöttert *ſeyn, zum weſentlich geeinten Ein.* &c. Vid. ej. Sophia Myſt. p. 22. 28. 29. Conf. B. NEUMANN. *de ἀποθεώσει Fanat.* & *Diſſertatio noſtra de Theol. Myſt. Cap. II. §. VII. p. 28.*

§. XXI. *Gradus*, quos ita vocamus, *Academicos*, & teſtimonia doctrinæ publica, olim ridebat, & exagitabat *Oſiander*, nunc rident ac improbant *Pietiſtæ.* JO. MICH. LANGIUS, utut ipſe Doctoris titulo decoratus, Roſenbachium peculiari deductione defenſurus p. 31. explodit, *die auff Univerſitäten in menſchlichem Witz ausgebackene Excellentzen, und Hoch-Ehrwürdige Magnificentzen.* Conf. STORRIUS *in der Wieder-Antwort auf D. Langens Antwort.* Ao. 1705. JOACHIMUS autem LANGIUS, *Prof. Hal. in Barbari ſui* T. I. app. p. 390. Licentiati gradum hoc, arguto nimirum, ſcommate pungit, *quia fiamus Licentia deteriores.* Addit igitur, eundem ſe detrectaſſe, procul dubio, quod ſua illum conſcientia monebat, ſeſe jamjam usque adeo

malum

malum eſſe, deterior ut fieri licentia nulla poſſit. Rectius multo, ac ſanius, de his honoribus LUTHERUS noſter olim exiſtimabat, cum ſcriberet: *Ich habe es offt geſagt, und ſage es noch, ich wolt nicht der Welt Gut nehmen,* für mein Doctorat. *Denn ich müſte warlich zuletzt verzagen, und verzweiffeln, in der groſſen ſchweren Sache, ſo auf mir liegt, wo ich ſie, als ein Schleicher, hätte ohn Beruff, und Befehl angefangen. Aber nun muß Gott und alle Welt mir zeugen, daß ichs in meinem Doctor-Ampt, und Predigt-Ampt öffentlich habe angefangen, und biß daher geführet, mit Gottes Gnaden, und Hülff.* Vid. literæ ad *Eberhard. Thannium T. II. Witteb. germ. f. 365.*

§. XXII. Oſiander quondam ante mundi finem *regni Papiſtici totale exitium* eventurum putabat. Applaudunt *Pietiſtæ*, in eoque *ſpem meliorum temporum*, quam fovent, magnam partem locant ac figunt, cum in vicem locumque regni Papiſtici, neſcio quod, præclarum Chriſti imperium ſucceſſurum perſvaſum habent. Quæ opinio quum omnium fere ſanctulorum ſuffragiis comprobetur, non erit a nobis multorum teſtimoniis oſtendenda. Nam ne hi quidem hoc tempore deſunt, qui, *Eliæ Levitæ* auctoritate decepti, *Oſiandro*, qua fatalem hujus univerſi periodum, maxime in Thuringia, applaudant.

§. XXIII. Ex hucdum diſputatis patet, eaſdem errandi cauſas in *Pietiſtis* eſſe, quas ſupra in *Oſiandro* notavimus. Hinc igitur & *error* ipſe, qui Oſiandro proprius quaſi fuit, & per quem a reliquis temporum iſtorum hæreſiarchis diſtinguitur, in Pietiſtis renaſcitur. Ut enim is furore ſuo cumprimis *imputationem obedientiæ*, & meriti J. C. petebat, omnemque hominis juſtificationem a *Deo inhabitante*, hujusque *eſſentiali juſtitia*, derivabat; ita etiam, qui nunc turbant Eccleſiam, Novatores, *ſatisfactionem Chriſti, & im-*

*putatam juſtitiam*, impugnant, omnia vero *Chriſto*, habitanti *in nobis*, & *eſſentiali* Dei juſtitiæ, fundum animæ a peccatis repurganti, adſcribunt.

§. XXIV. Facile alioqui largior, temporum noſtrorum fanaticos errorem ipſum, *immediate* non tam ex OSIANDRO, quam SCHWENCKFELDIO, & WEIGELIO, quos iidem ſtudioſiſſime ſequuntur, vel etiam DAVIDE GEORGIO, cujus a placitis errorem Oſiandrinum non multum recedere, ſupra ex ULENBERGIO docuimus, hauſiſſe.

§. XXV. SCHWENCKFELDIUS enim imputatam Chriſti juſtitiam improbat, eſſentialemque, ac inhaerentem urget. *Der Lutheraner Gerechtigkeit*, inquit, *iſt*, *allein auswendig Vergebung der Sünden glauben*, *wie man etwa Ablaß kaufft*, *und daß uns Gott um Chriſti Willen die Sünde nicht wolle zurechnen*, *d. i. ob wir ſchon Sünder ſeyn*, *und böſe Buben bleiben*, *ſo werden wir doch umb des Glaubens willen an Chriſtum für gerecht gehalten*, *und angenommen* - - - *aber Gott hält keinen für gerecht*, *in dem gar nichts ſeiner NB.* weſentlichen Gerechtigkeit *iſt*. Vid. *T. I. OO. L. I. Ep. 93. p. 812.* Idem in L. de *verbo Dei* docet, *Chriſtum in nobis habitantem* eſſe eſſentialiter illam *juſtitiam*, qua coram Deo juſti ſimus. In libro autem, *vom dreyfachen Leben der Menſchen*, c. 10. ita ſcribit: *Die Gerechtigkeit des Glaubens wird uns alſo nicht zugerechnet*, *wie ein Herr einen böſen Knecht begnadet*, *ihm günſtig iſt*, *und durch die Finger ſieht*, *oder ihn nicht ſtraffet*: *Gar nicht alſo*, *ſprech ich*, *ſondern es muß die Gerechtigkeit und* juſtification, *in*, *und mit Chriſto*, *uns vom Himmel herab in unſer Hertz und Seel*, *durch den Glauben wahrhafftig zugebracht*, *auch würcklich* eingepflanzet *werden*, daſs ſie NB. in uns wohne, *und wir ſie empfindlich beſitzen*, *auch dadurch innerlich erneuret*, *wiedergebohren*, *befreyet und* NB. Gerecht, *d. i. fromme*, *heilige Menſchen ſeyn.*

*Solche*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198966-p0082-0

*Solche Menſchen, die nicht mehr der Ungerechtigkeit, ſondern der inwohnenden Gerechtigkeit, dienen &c.* Itaque cum litem inter Eccleſiaſtas Noricos ſuper Oſiandriſmo enatam, ex puro Dei verbo dijudicaſſet, Wittenberga evocatus Melanchthon, & ad redintegrandam concordiam aliqua conſignaſſet, Miniſtrorum omnium ſuffragiis comprobata, duo autem Oſiandriſtae CULMANNUS, & VETTERUS, ſacro ſe munere ſponte abdicaſſent, STENCFELDIUS hoc ad ſuam interpretatus fuit injuriam, & nominatim Philippo libellum de *dijudicatione Norimbergenſi* oppoſuit, quo de queritur MELANCHTHON in literis ad *Matthеſ. T. II. p. 77. & 101.*

§. XXVI. WEIGELIUS Oſiandrum, ad quem provocat, ſecutus, non uno in loco affirmat, juſtificari nos per eſſentialem Dei, & nos inhabitantem juſtitiam. *Parte III. Poſtill. p. 16.* ait: *Ein trefflicher Irrſall iſt es bey den falſchen Chriſten, daß ſie einen andern laſſen das Geſetz thun, leiden, ſterben, und ſie wollen ohne Buſſe ſich behelffen mit der juſtitia imputativa. Nein in der Warheit, es hilfft dich nichts von auſſen an, ſpring hoch, oder nieder*, vita Chriſti *in dir muß es thun*, Chriſtus inhabitans, non ab extra manens. *Nun bringet der wahre Glaube, der da iſt* vita Chriſti *in uns, mit ſich, ohn alle Wiederrede, das combaptiſari, das compati, concrucifigi, commori, conſepeliri, und conreſurgere. Die* unio eſſentialis *mus es thun, daß wir ihn geiſtlich und leiblich in uns haben. Wo bleibſt du nun, mit deiner erdichteten* imputation. Et p. 55. *Soll uns nun nutz ſeyn, Chriſti Leiden, Sterben, ſein Verdienſt, ſo muß er nicht auſſer uns bleiben, und der erdichteten* imputativae juſtitiae *zugerechnet werden; Nein traun.* Chriſtus extra nos non ſalvat, d. i. *Chriſti Todt auſſer uns iſt kein Leben, ſein Todt mus in uns ſeyn, ſo iſt erſt Chriſtus in uns.* Uno verbo: Chriſtum non *pro nobis*, ſed in *nobis*, inhabitando corda, legem implere: Nos autem

non *per Chriſtum*, ſed *cum Chriſto in nobis* habitante, ſalvari contendebat.

§. XXVII. Conſentiunt *novelli Prophetæ*, *Lohmannus*, *Tetingius*, alii, apud NIC. HVNNIVM *im ausführlichen Bericht n. 818. ſq. p. 471. ſq. Tremuli*, vel *Quakeri*, apud SCHELGVIGIVM, *in Quacker. conf. P. II. Art. XIV. p. 35. ſq.* POIRETUS, cujus hodie auctoritati multi aſſurgunt, ſententiam Dei juſtificantis ſic concipit: *Ego declaro, accuſationem hanc, validam quondam & veram, nunc nullam, & omnino falſam eſſe; animamque hanc in fundo intimo usque ab omnibus peccati radicibus & proclivitatibus penitiſſime eſſe purificatam; nihil in ea ſupereſſe, quod condemnari poſſit; principia potius recti, ac virtutis vivere jam, & vigere &c.* Collata deinceps noſtra, & ſua, de juſtificatione, doctrina, ſic ſtatuit: *illic ad Chriſtum, qui externus eſt, recurritur, qui omnia & facere debeat, & pati, ut ut vetus Adamus exoneretur ab omnibus, quæ facienda ac ſufferenda ei erant: hic vero recurritur ad Chriſtum, in anima viventem, & a corde poſſeſſum - - - Denique inter Babelicos, Chriſtus, ejusque ſpiritus, & vita extra hominem ſunt: aut non niſi per ſpeculationem, imaginationisque commenta in ipſo ſunt: hic vero Jeſus Chriſtus, ejusque ſpiritus & dona, ejus lumen & vita inhærenter, & proprie in homine inſunt: ita ut imputationis hujus fundamentum ſit inhærentia, realisque poſſeſſio ejus, qui rei imputatæ origo eſt. Nihil hic quicquam imputatur, niſi per communionem realem, quæ nobis cum boni imputati origine intercedit.* Vid. B. DN. D. NEVMANNI Poiretiſmus fanaticus, *§. XXXIII. p. 60.* Adeo quidem perpetuum eſt, ac proprium fanaticis, imputatam Chriſti juſtitiam improbare, ita, ut veriſſime judicarit B. BVCHERVS, eandem eſſe *ſudem in oculis fanaticorum omnium*, *in Menſ. Antipiet. n. X. pag. 389.*

§. XXVIII.

§. XXVIII. Novatores autem, & Sanctuli, uti cum iisdem ad opprimendam veritatem conſpirant, ſic pariter *Chriſtum pro nobis* natum, paſſum, & mortuum, hujusque nobis per fidem *imputandam* juſtitiam contemnunt, contra vero *Chriſtum in nobis*, & *eſſentialem* Dei juſtitiam, nos inhabitantem, & ad bona OO. excitantem, evehunt ac commendant. Thomasius, Poiretum ſuum ſecutus, ſtatuit: *Quod Deus in omni homine poſt lapſum ſcintillam amoris ſui* (hoc eſt, ut alibi explicat, *Chriſtum in nobis*) *reliquerit, per quam regenerari, juſtificari, & ſalvari queat.* Vid. Confeſſ. th. 249. M. Jo. Casp. Schadius ad locum *1. Cor. I,30.* ad quem eundem perpetuo ſe *Oſiander* recepit, commentaturus ſcribit: *Eine unheilige und ſündliche Seele bringeſt du JEſu zu. Die reiniget, und heiliget er durch die Krafft ſeiner Gerechtigkeit; Und die Krafft, ſo von ihm ausgegangen, fühleſt du in dir, durch die Veränderung deiner ſelbſten. Denn die NB. inwohnende Gerechtigkeit Chriſti würcket in dir die Heiligkeit, ſo Gott gefället, um des willen, der ſie in dir würcket.* Vid. illius: *Was muß ich thun? p. 63.* Quæ, annon manifeſte Oſiandriſmum ſapiant, aliis judicandum relinquo. C.E. Trillerus, in literis Helmſtadium miſſis, doctrinam de ſatisfactione Chriſti pro genere humano non modo negavit, ſed & blaſphemiis laceravit, eaque de cauſa a Seren. Duce & Elect: Brunſv. *Georgio Ludovico* dimiſſus eſt. Necdum perditus homo ſententiam mutavit. Docet enim, hominem ſalvandum confidere quidem debere in *gratia* & miſericordia *Dei*, non tamen in *merito*, & ſatisfactione Chriſti, quippe quod nobis non ad juſtitiam *imputetur*, ſed liberationem tantum *a regno peccati*, conciliaverit. Celeberr. Goezius, Osnabrugenſis Gymnaſii Rector, contra Arnoldum monuerat, *Juſtificationem*, a regeneratione & *renovatione*, ad evitandum *Oſiandriſmum*, ſollicite oportere diſtin-

gui, ſimulque ad locum Pauli, 2. Cor. V, 21. provocare. Reſpondit autem, ſub VOLCKMEYERI nomine, CARLIUS, prorſus ex Oſiandri mente, *in Betracht der Anmerck. p. 609. Es hat*, inquit, Gözii *Meinung von der Rechtfertigung, nicht einmahl Grund, daß nehmlich dieſelbe bloß darin beſtehe, daß Gott dem Sünder in Anſehung Chriſti, und ſeines Verdienſtes, umbſonſt die Sünde vergebe, und ihn gerecht ſpreche, oder ſchätze*, (quod ipſum eſt imputationem meriti Chriſti ſimpliciter negare:) *Denn davon ſtehet da ja keine Sylbe. Man ſehe aber den vorhergehenden 16. Vers, da ſolche vermeinte Rechtfertigung, ohn Unterſcheid der Menſchen, allgemeine gemacht wird: ſondern es wird hier mit deutlichen Worten anzeiget, daß wir (ſelbſt in unſern Perſonen, denn* ἡμεῖς *ſtehet im Griechiſchen* cum emphaſi) *die Gerechtigkeit GOttes, (Lutherus gibts: die für GOtt gilt, oder angenehm iſt, welche aber die Ungerechtigkeit in uns auffhebet, oder damit nicht zugleich ſtehen kann, ſiehe folg.* Cap. v. 14. 15.) *werden in Chriſto, als durch deſſen neue Erſchaffung* (Epheſ. II. 10.) *unſer inwendige neue Menſch nach GOtt wider muß geſchaffen werden, in rechtſchaffener Gerechtigkeit und Heiligkeit:* Epheſ. IV, 24. *oder, (damit ich hiebey auch ſo fort den Spruch* Rom. III, 23. 24. *welchen Götze mit angeführet, nach dem wahren Sinn des Heil. Geiſtes erklähre,) durch welchen (Chriſtum) in krafft ſeiner thätlichen Erlöſung (von aller Ungerechtigkeit* Tit. III, 14.) *ohn unſer Verdienſt, aus lauter Gnaden, die Herrligkeit GOttes,* (δόξα τοῦ Θεοῦ, *das verlohrne Ebenbild GOttes, nehmlich die Weißheit und Gerechtigkeit, wie es auch die Apol. der Augſpurgiſchen Confeſſion* p. 65. *erklähret,) wieder muß eingeführet, und wir alſo wieder gerecht gemacht werden.* Quibus verbis ipſiſſimam *Oſiandri* ſententiam prodit, qui pariter illo Apoſtoli *2. Cor. V, 21.* ad palliandam, de infuſione juſtitiæ Dei eſſentialis, opinionem,

& oppugnandam imputatam Chriſti juſtitiam abutebatur. Idem Carlius, Eccleſiaſtes olim Osnabrugenſis, fidei ſalvificae rationem, non in *morali* quadam *juſtihabitione*, vel *alienae* juſtitiae *adjudicatione*, ſed *phyſica* juſtificatione, vel juſtitiae, & ſanctitatis *infuſione*, collocabat, quod ex epiſt. quadam *Stievii ad Dippel.* docent Celeberr. auctores *der Unſch. Nachr.* A. 1707. p. 296. Sic Pietiſticus Auctor peſſimi libelli, ſub titulo: *Evangeliſche Vorſtellung der wahren Rechtfertigung in dem A. und N. Bunde &c.* meritum & ſatisfactionem Chriſti, hujusque ad juſtitiam imputationem, negat, & locum claſſicum 1. *Johann. II, 2. Chriſtus eſt propitiatio pro peccatis noſtris &c.* ita explicat, *quod Chriſtus media, iram Dei avertendi, præparando & ſuppeditando, per mutationem cordis intrinſecam effecerit, ut nos a Deo non ſeparet pravitas naturalis.* Adeoque, pro illius opinione, meritum Chriſti nobis non imputatur, ſed effecit tantum, ut pie ſancteque vivere poſſimus, in quo juſtitia noſtra unice conſiſtat. Refutavit execrabile ſcriptum Celeberr. *Dn.* Sebastianus Edzardi in Vindic. ſatisfact. Chriſti Anno 1706. In Arnoldi Conſiliis & reſponſis *pag.* 483. hoc lemma legitur: *Der unzulängliche Troſt:* ſequitur: *Viele tröſten die Angefochtenen immer mit einem unzulänglichen Troſt, und heiſſen, ſie ſollen ſich Gnade zurechnen, die auſſer ihnen ſey: Da doch der Schade inwendig in ihnen ſtecket, und alſo eine inwendige Heiligung erfordert wird. Darum ſolte man NB. Chriſtum in ſich anziehen, will man anders lebendige Hoffnung haben, und behalten.* De Pietiſtis Clausthalenſibus ita Calvörius, *in der Prüfung des Pietiſten-Geiſtes* p. 38. *Chriſtus in ihnen iſt* ihre vveſentliche Gerechtigkeit, *der erfüllet in ihnen das Geſetz, erleuchtet, heiliget ſie weſentlich: wenn ſie geſündiget, und ſich inwendig zu ihm nahen, abſolviret er ſie in dem inwendigen Menſchen.* Schneiderus, olim *Goldbergenſis Eccl. Paſtor*, nova qua-

dam ſubtilitate diſtinguebat inter juſtificationem, *qua ſententiam*, & qua *executionem*: Illam meriti Chriſti *imputatione*; hanc peccatorum extirpatione, & carnis *mortificatione*, fieri contendebat, nempe quo vel tali modo Opera in Juſtificationem intruderentur. Conf. *denuo U. N. ad A. 1703. p. 604. ſq.* Non multum ab hoc abludit D. ANDR. TEUTSCH, Medicus, idemque Prætor in Tranſylvania Cibinienſis, quando in procuratam a ſe novam editionem *Thomæ de Kempis, de imit. Chriſti*, aliqua præfaturus, ſub finem §. 7. hæc ſcribit: *Beyfall und Vertrauen kan gewißlich in einer bloſſen Einbildung des Gehirns auch nicht beſtehen, ſondern muß mehr bedeuten, nemlich eine warhaffte Zuneigung, Ubergebung, und Uberlaſſung unſers Hertzens, Verſtandes, Willens, und aller innerſten Kräfften der Seelen, welche wir Gott dem ewigen Licht und ſeiner Gnaden-Würckung dergeſtalt in Chriſto übergeben müſſen, daß wir feſtiglich davor halten, er werde ſolche Ubergebung unſerer Seelen an ihn nicht vergeblich ſeyn laſſen; ſondern uns umb Chriſtus willen ſeinen Geiſt, ſeine Gnade und Licht geben*, in uns allen zu würcken, *was zu unſerer Wiederbringung und Gemeinſchafft mit ihm nöthig iſt, unſer Hertz von der Sünden zu reinigen, in uns ſelbſt zu wohnen, und uns alſo zum ewigen Leben zu befördern.* BÖHMIUS, Pietiſta in Comit. Waldeccio, *in der fernern Erläuterung ſeiner Lehren* p. 10. contendit: *Chriſtus müſſe in uns kommen, und in uns das Werck der Erlöſung, Reinigung, und Rechtfertigung vollenden. &c.* Nec diſſentit M. REISIG, P. Hohenſtein. in ditione Schœnburgica in quæſt. Catechet. quas privato conſilio teneræ juventuti A. 1715. inſtillari voluerat ad Quæſt.: *Wie uns durch das Leiden Chriſti ſeine Krafft-Gerechtigkeit erworben, und zuwege gebracht ſey?* ita reſpondet: *Erſtlich hat Chriſtus die Sünde verurtheilet, vertilget, oder verdammet in dem Bildniß des Fleiſches der Sünde in ſeiner* Per-

*Perſon:* (juxta translationem Reizii. Oſiandriſtis enim Verſio Bibliorum Lutheri perinde ſordet, ut Oſiandro ipſi;) *Sodenn vertilget Chriſtus in ſeinen Gläubigen die Sünde alſo, daß ſie aus ſeiner Krafft können ihr Fleiſch ſampt den Lüſten, und Begierden, creutzigen.*

§. XXIX. Sed omnium planiſſime, facillimeque, ex *Dippelii* ſcriptis, Sanctulorum cum *Oſiandro* conſenſus oſtendi poteſt, ad quem hoc libentius provoco, quod is mihi ſemper viſus eſt, ſociorum ſuorum vel *ſecreta* prodere, vel *obſcuriuſcula* declarare.

§. XXX Initio igitur (1.) Oſiander criminabatur, doctrinam, de juſtificatione hominis peccatoris coram Deo, in Aug. Confeſſione non ſatis recte conceptam, propoſitamque, fuiſſe. Idem nunc docet *Dippelius*, qui *im S. D. W. c.* Celeb. D. Krackewitz. pag. 22. ſcribit: *Auch in euren* Symbolis *iſt nicht viel gutes zu finden, ſelbſt in dem angezogenen Articul der* Augſp. Confeſſion. *Denn er iſt ſo abgefaſſet, daß man wohl ſiehet, wie der Verfaſſer nicht gewuſt, was Glaube ſey, und Werke des Glaubens &c.*

§. XXXI. (2.) *Oſiandriſtae* jactabant olim, Lutherum non ſatis aſſecutum eſſe rationem juſtificationis: adeſſe nunc Oſiandrum, qui omnia rectius explicare norit. Vid. MORLIN. *in Hiſt. Oſ. l. E. 4.* DIPPELIUS paſſim queritur de coecitate Orbis Chriſtiani, qui tempore tam longo, nemine repugnante, tam craſſo in errore, de juſtitia imputata, verſatus fuerit.

§. XXXII. (3.) *Oſiander* olim de merito Servatoris loquebatur contemptim. Chriſtum ante XV. ſecula fuiſſe paſſum; Illam igitur paſſionem nobis ad juſtitiam imputari non poſſe. DIPPELIUS in L. *ein Hirt und eine Heerde*, in hæc verba prorumpit: *Es ſey die ärgſte und abſurdeſte Kätze-*

*rey, die das verſtorbene Fleiſch jemahlen hab erfinden können, wenn die verkehrten Lehrer das Werck der Erlöſung einem vor 1600. Jahren bloß geſtorbenen Chriſto zuſchreiben, durch deſſen zugerechnetes Verdienſt, der gefallene Menſch von Sünd, Todt, Teuffel und Hölle erlöſet, und befreyet ſey.*

§. XXXIII. (4) *Oſiander* olim inani ſubtilitate inter *remiſſionem peccatorum*, ſeu reconciliationem, & inter *juſtificationem* hominis diſtinguebat: quarum priorem, ut imputationem includere fatebatur, ſic pridem illam toti mundo imputatam fuiſſe, contendebat. Conſentit DIPPELIUS *im Schild.* p. 12. & p. 13. *Chriſti Verdienſt iſt dem Menſchen ſchon zugerechnet geweſen, ehe denn er geglaubet.* Conf. p. 17. it. c. Mayerum pag. 13. *Der ſeeligmachende Glaube muß faſt allein Chriſtum in ſeinem Prophetiſchen und Königlichen Ampte ergreiffen, weil ſein hoheprieſterliches Ampt, ſo fern er eine Verſöhnung der Sünde geleiſtet, ſo allgemein ſich über die gantze Welt erſtrecke, daß es nicht nöthig ſey, erſt das zu ſuchen, und zu glauben, was man ſchon gehabt, NB. ehe denn man geglaubet.*

§. XXXIV. (5.) *Oſiander* olim querebatur, eo usque *dimidium* tantum Chriſtum fuiſſe cognitum: nunc demum innotuiſſe totum. Vid. *Regimontani contra Oſiandrum de Juſtif. lit. H.* Dippelius p. 11. loc. cit. reprehendit, *daß wir Chriſtum allein in ſeinem hohenprieſterlichen Mittlerampt, nicht aber zugleich Prophetiſchen, und Königlichen, Amt conſideriret, und ergriffen. Der Glaube aber müſſe Chriſtum gantz ergreiffen &c.* Et pag. 17. *Sie bereden ſich, ſie haben allein aus Chriſti Verdienſt, auſſer Ihnen, alles Heil und Seeligkeit - - - - dadurch wird CHriſtus getheilet.*

§. XXXV. (6.) *Oſiander* olim, per Deum, nos inhabitantem, vel *Chriſtum in nobis*, & inſtaurationem imaginis divinæ, homines juſtificari, credebat : Credit quoque DIPPELIUS. Verba ejus ſunt pag. 17. *Das einige* objectum *des Glaubens zur Seeligkeit iſt, daß er ſich nun bemühe, den* weſentlichen Chriſtum *anzuziehen, in Ihm erfunden zu werden, und zu wandeln, damit in ſeiner Gemeinſchafft und Lebens-Krafft das wieder erſetzet werde, was in Adam verlohren worden, nehmlich das Göttliche Ebenbild, die Heiligkeit und Gerechtigkeit, ohn welche man Gott nicht ſchauen wird - - - - Paulus wolte ſelbſt CHriſtum nicht mehr kennen nach dem Fleiſch*, (i. e. parum curabat Chriſtum, pro nobis natum, paſſum & mortuum) *ſondern nur ſuchen in Ihm, als eine Creatur erfunden zu werden, und nennet NB. Chriſtum in uns* (i. e. inſtauratam in nobis imaginem divinam) *die Hoffnung der ewigen Herrligkeit.*

§. XXXVI. (7.) *Oſiander* homines juſtificari docebat per eſſentialem Dei, non vero imputatam, juſtitiam, excitantem nos ad opera charitatis. Applaudit DIPPELIUS. *Die Gläubigen*, inquit, *empfangen etwas NB. weſentliches aus Gott, nehmlich die Gerechtigkeit Gottes, wenn ſie durch den Glauben in den Stand getreten, daß Gott in ihnen würcket, und ſie zum verlohrnen Gottes-Bilde wiedergebehren kan, im Oel und Wein. p. 109.*

§. XXXVII. (8.) *Oſiander* olim, a DEO inhabitante *juſtitiam* nobis *infundi*, peccatum autem omnino *exſtingui*, ſomniabat. Conſentit DIPPELIUS in Pap. Vapul. pag. 324. & cum *Argentinenſibus* Sanctulis, apud D. ZENTGRAF. *im Bericht. pag. 94. & 228.* nec non CHRISTOPH. SEEBACHIO in L. *Von der Erneurung und Vollkommenheit,*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198966-p0091-3

*heit*, putat, hujusmodi perfectionem renatis in hac vita negandam non eſſe, *quod peccatum non habeant.* Imo vero VOLCKMEYERUS in animadv. c. Gözium contendit: *Es könne einer NB. auch das äuſerſte Ziel der Vollkommenheit in dieſem Leben erreichen, obgleich die heutigen Schrifftgelehrten aus einigen Buchſtaben der Schrifft und ihrer verfinſterten Vernunfft grimmig darwieder föchten.* pag. 581. Comparetur B. D. ITTIGII progr. natalit. A. 1706.

§. XXXVIII. Sic ergo temporum noſtrorum fanatici cum OSIANDRO *in erroribus* egregie conſpirant. Sed & *morum* quandam & ingenii ſimilitudinem arguit effrenis illa, & prorſus ſine exemplo, *maledicentia*, quae in THOMASII, ZIEROLDI, FRIDLIBII, ARNOLDI, LYSII, LANGIORUM, imprimisque DIPPELII, ſcriptis paſſim apparet, quamque, ſine blaſphemiae committendae periculo, vix mihi videor poſſe repetere. Accedit *nimia ſui fiducia*, & reliquorum omnium prae ſe deſpectio, & contemptus, quod proprium eſſe Sanctulis merito dixeris. ANDREAE OSIANDRI, quod ſupra *Cap. I. §. VIII. p. 12.* retulimus, vox erat: *Expectabo, quantum bello valeant, qui pacem tam furioſe oderunt.* Nihilo modeſtior JOCH. LANGIUS, ſpurciſſimo in libello, quem *Ideam* vel *Anatomen Theol. Schelwig. inſcripſit, Prop. IX. p. 84. Spero fore*, inquit, *ut quem laceſſit* ὁ ἀντιλέγων, *& virum eſſe dubitat, virum re ipſa experiatur.* Denique & *capitale in Nos odium*, cujus cauſam aliam, praeterquam errorum ſuorum a nobis profectam confutationem, non habent, notarem, niſi jam inde a duobus ſeculis conſtaret, CHARACTEREM FANATICORUM ESSE, ODISSE VVITTEMBERGAM.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198966-p0093-5

11. 47.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198966-p0094-1

94 A 7357
ULB Halle 3
001 343 653
Sb
Hi 47
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198966-p0095-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198966-p0096-3

W 8. 9

Q. D. B. V.

# OSIANDRISMUM IN PIETISMO RENATVM

*PRAESIDE*

GOTTLIEB WERNSDORFIO

S. S. THEOL. DOCT. ET PROF. PVBL.
AEDIS OO. SS. PRAEPOS. ET SENATVS ECCL.
ASSESSORE

PVBLICA DISPVTATIONE
SEXTVM NVNC EDITA ET VEL DIMIDIA SVI
PARTE AVCTA

*AD D. VIII. JANVAR. CIↃ IↃCC XVII.*

E CATHEDRA DIVI LVTHERI
ITERVM EXCVSSIT

M. FRIDERICVS Boltz
REGIOMONTE BORVSSVS.

---

*VVITTENBERGAE*
LITERIS VIDVAE GERDESIAE. A. 1729.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198966-p0097-9